

3
3
4
4
5



1699.

1. Bodinus, Henricus: De eo quod fit in continentis.
- 2^{a, b} Bodinus, Henricus: De expensis victoriae non praestandis.
- 3^{a, b} Bodinus, Henricus: De philanthropo vulgo von Mäcker. Gelt.
- 3^b Bodinus, Henricus: De philanthropo. Von Mäcker. Gelt.

Rec. 1748.

- 4^{a, b} Bodinus, Henricus: De jure reuniendi pertinentias. 2 Sempl.
- 4^c Bodin, Henricus, De: De jure reuniendi pertinentias.
- 5^{a, b} Bodinus, Henricus: De illicita a principibus protestantibus provocacione in causis ecclesiasticis.

2 Sempl. 1699 et 1714.

- 6^{a, b, c} Boetner, Justus Henningius: De testamento non praeceto
3 Sempl.

- 6^d Boetnerus, Justus Henningius: De testamento non praeceto.

7. Brunnermann, Faustus: Delibata juris publici.

8. Buddeus, Jo. Franciscus: De cultura ingenii.

8d. IV. 1724.

Mr. 9 scheint bei der Zählung
ausgefallen zu sein

- 9 — — — — —
10. Cellarius, Christophorus: De poenitentia in contractibus
innominatis.
11. Hoffmannus, Fridericus: Disputatio . . . medico-prae-
tica tradens historiam variolarum epidemice Malae
granatiana.
12. Hoffmannus, Fridericus: De regimine praegnantium
13. Hoffmannus, Fridericus: De terebinthina. Rec. 1730
14. Reiche, Joannes: De jure colossorum.
15. Stahl, Georgus Augustus: Praeceptum inang. de sterilitate fe-
minina pro aetate (usque . . . inang. Georgii Davidi Cochardis innotat)
- 16^a = Stykius, Jo. Samuel: Gottfriedi Antonii Disputatio feudalis
XIV de personis iudicii feudalis, quam cum Corollaris
ex jure publico ad dactum Institut. . . Dr. de Aley. . .
praesidae Disquisitioni submittit.
- 16^b = Stykius, Jo. Samuel: Gottfriedi Antonii . . . Disputatio
feudalis XV de processu feudali, quam cum Corollaris ex jure
Publico ad dactum Institut. . . Dr. de Aley. . . praesidae

Dissertation . . . submittit .

17^a St. Strickius, James Samuel: Disputatio juris publici . . .

exhibens Aeneae bullae controversias potiores . . .

2 Inunt-1699 et 1706.

18. Strickius, Johannes Samuel: De vasallo et si ipso necio

quoad dominium .

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

11

1

1

15

1

16

16



DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS,
De
ILLICITA a PRIN-
CIPIBUS PROTESTAN-
TIBUS PROVOCATIONE IN CAU-
SIS ECCLESIASTICIS.

Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO
WILHELMO,
MARCHIONE BRANDENBURGICO, ELECTORATVS
HEREDE, &c. &c. &c.

EX DECRETO ET AUTORITATE INCLYTÆ FACULT. JURIDICÆ
PRÆSIDE

DN. HENRICO BODINO,
SERENISS. ET POTENTISS. ELECT. BRANDENB.
CONSIL. ECCLES. IN DUC. MAGDEB. ET PROF. JURIS
ORD. p. t. PRO-RECTORE MAGNIFICO, ET FACULT. JURID. DECANO.
PATRONO AC PROMOTORE SUO DEVENERANDO.

PRO LICENTIA

Summos in Jure honores & Privilegia consequendi.

d. 14. Sept. MDCXCIX. horis ante & pomeridianis.

Publicæ Eruditorum disquisitioni submittit

JOHANNES PÜTTER,
Iserlohnio-Westphalus.

HALÆ MAGDEBURGICÆ, Literis CHR. HENCKELII, Acad. Typ.

DISPENSATIO JURIS IN CASU

CIPRIANO DE TESTA

THE PROVOCAZIONE IN CASU

Ubi optinuit etiam de

manum conditor, tandem etiam

trahitur ad hunc, in praxi

quum amovetur in objectum

tum, non sicut labor perit

quum in libertate in se

effectus ostenderet, sed

ambus et carnis intellectus tandem fontem

inoris manifestaret; nec alia reparanda

luis, auctoris documentis, non obstante

quum quod certis gratia, in hunc

ex re velato eius verbo, in hunc

modo sumunt illud, in hunc

il debeat, vero & oportet, ut

re in casibus, de re in casibus

cidet. Quum sanctum, ac opus

delius, in casibus, ad hunc

cum, tanto magis, in casibus

mis, in casibus, in casibus

in casibus, in casibus

in casibus, in casibus

in casibus, in casibus

in casibus, in casibus

in casibus, in casibus

in casibus, in casibus

in casibus, in casibus

in casibus, in casibus

in casibus, in casibus

in casibus, in casibus

in casibus, in casibus

in casibus, in casibus

in casibus, in casibus





J. N. D. N. J. C.

I.



Um optimus rerum o- *Origo Sacer-*
mnium conditor, tanquam essen- *dotii.*
tialis amor, hominem, in præci-
puum amoris sui objectum forma-
tum, non aliter labi permiserit,
quam ut in illo immensi sui amoris
effectus ostenderet, seque ita o-

mnibus creaturis intelligentibus tanquam fontem a-
moris manifestaret; inter alia reparandæ humanæ sa-
lutis, amoris documenta, non ultimo loco collocan-
dum, quod certos gratiæ suæ Nuncios instruxerit, qui *Ejus fastigi-*
ex revelato ejus verbo semimortuos erigant, ac quo- *um.*
modo summum illud Numen vero non fucato cultu co-
li debeat, verbo & opere ostendant, ne sine manu ducto-
re in tenebris aberrantes in abominabilem abyssum in-
cidat. Quam sanctum autem ac omnibus salutare fi-
delium sacerdotum ad arborem vitæ reducentium offi-
cium, tanto magis antiqui serpentis technis illud à pri- *Ejus lapsus.*
mis usque temporibus expositum fuit, dum sub specie
sacerdotis tanquam angeli lucis, sæpius horrendus dæ-
mon lupus & satanas apparuit; Ipso Salvatore multo-

A 2

ties

Sacerdotum malitia.

Sub prætextu pietatis.

Unde Clerici vocati.

Origo jurisdictionis Ecclesiasticae.

ties illud ingeminante ac de illorum qui in orthodoxa Mosi ac Prophetarum cathedra constituti erant fermento cavendo, ac meliorem præ illis sanctitatem exigendo, fideliter admonente; Neque existimandum illud sub luce novi fœderis non amplius metuendum esse; Si enim omnium retro seculorum acta penitus inspiciantur manifestum erit, cunctorum malorum si non originem saltem progressum ab illis qui in sacerdotum ordine constituti fuerunt profectum esse, quibus sub specie & prætextu pietatis aliis imponere proprium fuit; Hacque sub larva eo securius & felicius miseri uti vocantur Laici decepti, quo magis persuasum sibi habebant, Religionem hujus generis hominibus omnem exemisse fraudem; Quæ tamen eo ipso satis sese exferuit, quo prærogativam ut præ aliis consequerentur, Clericorum seu electorum Dei nomen tanquam ipsis solum conveniens sibi attribuere & quasi proprium facere, cœperunt. Neque tamen sufficere videbatur à communi hominum sorte se segregatos videri, sed supereminentiæ suæ aliud externum, & ad dominatum provehens signum requirebatur; Unde conscientias imperare, articulos fidei sub pœna injungere, de cultu externo disponere ac divina beneficia & sacramenta pro arbitrato suo dispensare, imo sub prætextu conscientiæ, de quibuscunque negotiis & controversiis judicium sibi sumere inceperunt; Hinc inventa ab iis distinctio Jurisdictionis, in Ecclesiasticam & secularem, contra institutum Magistri, qui seculari summæ Reipublicæ potestati, eos non secus ac reliquos subjectos volebat, quanquam negari non possit, primitus Apostolorum temporibus, lites inter fratres exortas, laudabili instituto secundum monitum Apostoli, amicè ab ipsis decisas fuisse,

isse, ne infidelium tribunalia adire necessum haberent. A sola igitur charitate Ecclesiastica talia initio profecta iudicia seu potius arbitria (*vid. Petr. Suav. Hist. Concil. Trident. l. 4. p. m. 297.*) paulatim refrigescente eadem, in absolutam tracta necessitatem; sic ex bono initio, malus progressus, pessimus eventus, uti deploranda abunde testatur experientia, secutus; Amorem enim verum pro derelicto habentes, fastum & ambitionem e contra ambabus manibus amplectentes Clericos inflatiabilis dominandi libido movit ad excogitanda speciosa, sub pietatis prætextu, remedia, quibus & fucum facere Imperantibus, & simplici plebeculæ, singularis de se sanctitatis, & inde resultantis summæ justitiæ opinionem persuadere possent.

II.

Speciem tamen probitatis & amoris, subsequen- *Origo juris*
tibus quoque temporibus prætexentes, eo rem deduxe- *Episcopalis.*
runt Episcopi admodum Politici, ut illis etiam in causis
civilibus iudicandi potestas concessa; Quanquam veri-
simile sit, non aliam eam initio fuisse quam arbitrorum,
qui utriusque partis consensu eliguntur uti *ex Nov. Va-*
lent. 12. verb. præeunte vinculo compromissi colligere licet.
Nec credibile est, ipsos statim tantam affectasse potesta-
tem ut ab illorum sententiis non esset provocatio, aut i-
psos iudices in civilibus ordinarios fuisse; sub virtutis
enim & singularis æquitatis umbra, subtilem ipsorum
ambitionem & affectum optime abscondi posse, satis in-
comperto habebant; Unde eveniebat, ut quilibet fere,
ipsorum æquitatem potius quam Legum rigorem ex-
periri ac per hoc iudicio Episcopali sese subicere mal-
let; Hinc speciali audientiæ Episcopalis nomine Judi-
cia eorum insigniri placuit: *vid. tit. c. de Episcop. audient:*

Ejus abusus.

Principes inde felicem & optimum in controversiis terminandis fructum sibi imaginantes, ad secularia eos negotia ad movere cœperunt; quanquam magis Episcoporum calliditate & versutia, qui causas quasi inter pias & ad officium eorum pertinentes referebant & per indirectum per varias technas & artes subrepere Principi didicerant, quam ex principio seu motu interno & spontaneo; Quid enim quæso? movere potuisset Episcopis committere curam, ne mercatores modum mercandi excederent. *l. i. C. de Episc. aud.* Remedia improbitatem hanc Mandatis pœnalibus coercendi Magistratui seculari paratissima sunt; Sed cum per delictum hoc pauperes opprimi & rerum omnium caritas induci, ad Episcopos autem curam oppressorum pertinere visum fuerit, non adeo absurdè officio eorum adscribi putarunt. Hinc est quod posterioribus temporibus tot causæ spirituales, spiritualitati annexæ, mixtiori, & nescio quæ non enatæ, & ad Ecclesiasticum tracta sint iudicium.

III.

*Hierarchie
maxima oc-
casio.*

Facto sic potentia & futuri Dominatus primo fundamento ad hunc quoque solœcismum seduci se passi fuere principes, ut ad consilia eos admiserint secretiora & præcipua officia administranda demandarint, quo nihil adipiscendæ præmeditatæ eorum Monarchiæ Ecclesiasticæ impedimento aut obstaculo esset; utque arma quibus tandem aliquando semel, contra Dominos suos insurgerent, & à Deo concessam potestatem, excuterent, ex ipsis Archivis petere possent, optimum rati propriis telis illos interficere, quos alia ratione superare fore difficile fuisset: Nimia hæc erga Clerum reverentia aut superstitio potius, immensæ postmodum potentia

tia toti Christiano orbi formidabilis primum robur ad-
didit & funesto eventu docti Imperatores, verissimum
esse illud, quod ex aliis allegat Gastel. *de stat. Publ. Europ. c.*
4. §. 6. So man einen Pfaffen mit ins Regiment nimt
seye es eben so viel / als wenn man einen Marter ins
Tauben-Haus setze / hinc Fridericus II. Imp. dixisse
fertur, Caput, orbis extulit Ecclesiam, sed caput Eccle-
siae conculcavit caput orbis. Horn. *Orb. Imp. p. 82.* Sed ita
evenire solet ut plurimum, quod divini Numinis vindi-
ctam sentiant Imperia ab illis qui quam devinctissimi es-
se creduntur; Optimam inde nacti occasionem eximen-
di se sui que ordinis homines Jurisdictioni seculari, cui
tamen lege divina obtemperare jussi, *1. Petr. 2. v. 13. Rom.*
13. v. 1. Sacerdotium e contra utpote à Deo solo institu-
tum non dependere ab ulla humana potestate, non tan-
tum quatenus salutis divinitus patefactam formulam
continet, sed & quantum externum Regimen Ecclesiae
concernit, principibus ultro, persuadere conabantur,
felici quidem pro voto ambitiosorum hominum, sed
Reipubl. German. exitiali successu, uti eventus do-
cuit.

IV.

Inter omnes autem nullius fervor unquam major *De auspiciis*
exitit, quam Romani Episcopi, qui caput suum extol- *primatus*
lere, & præ omnibus aliis prærogativam prætere *Papalis.*
cepit; Et cum juris via hac in parte ob deficiens jus val-
de in via ipsi visa, adulatione & factorum injustissimo-
rum approbatione præcedentiã præcæteris consecutus;
Quamquam tempore quoque *Constantini*, non tam ob
urbis prærogativam, quam ob laudem Orthodoxiæ in
Ecclesia Romana eousque retentæ, Orientali Ecclesia
interim variis hæresibus vacillante, & ad Arrianos pla-
ne

ne deficiente, præminentiam aliquam ipsi concessam
 asserat. Marc. Ant. *d. Dom. l. 3. de Republ. Eccles. c. 1. 2.* Et
 ipse Constant. in l. 1. *de summ. Trinit.* non obscure innu-
 at. Attamen nec adhuc propriam aliquam jurisdic-
 tionem sibi arrogare ausus fuit; licet referente Petr. de
 Marca *de Coacord. sacer. & Imp.* anno 347. ipsi summa
 auctoritas cognitionum per Orientem & Occidentem
 non quidem per modum appellationis h. e. summæ po-
 testatis judiciariæ sed per modum Consultationum seu
 relationum competierit. Schilt. *de lib. Eccl. Germ. c. 9. §. 14.*
 Constantinus M. quamvis ad superstitionem usque ali-
 as religiosus sanctissimisque Præsulibus, uti ex actis
 Concilii Niceni patet, aliquando plus justo quid indulse-
 rit, eo tamen nunquam adduci potuit, ut Romano An-
 tistiti minimam partem Juris circa sacra seu potestatem
 disponendi circa Regimen Ecclesiæ externum concede-
 ret; demonstrant id tot sacratissimæ Constitut. *de sum-
 ma Trinit. Episcopis & Cler. Episcopali Audientia & c.* Acta
 primi Oecumenei Concilii Imperatori curam hanc so-
 lum competiisse evincunt, ubi ita Episcopi. *Quoniam Dei
 gratia & Deo dilectissimi Regis Constantini qui nos ex diversis
 urbibus & Provinciis congregavit & c.* Goldast. *Monarch. tom.*
I. p. 38.

V.

*Episcopo-
 rum secula-
 ris jurisdic-
 tio, unde?*

Sed Episcopi postmodum nec hac sua forte con-
 tenti omnem secularem affectabant potestatem, im-
 primis autem Romano Præsuli indecens videbatur im-
 mensas opes Imperatorum profusa liberalitate, & super-
 stitione in Ecclesiam & Clerum collatas, sine Imperio
 sine jurisdictione possidere add. Manzamb. *c. 3. n. 7. & seq*
 hinc ambabus arripiebat manibus occasionem, ex facto
 Phocæ nefario auctoritatem sibi conciliandi, approba-
 bat

bat tonsuram Chilperici a subdito suo eapropter in Monachum rarus, quod eidem nimium potentiae indulgisset. Et ne Germanis Imperatoribus otium & vires superessent crescentem indies potentiam ad initia sua revocandi, expeditiones cruciatas uti vocabant in Palæstinam sine gravissima conscientiae læsione omitti non posse, absque rubore profitebantur: Sic infidiis & fraudibus deceptis Imperatoribus facile fuit Pontifici jurisdictionem Ecclesiasticam ad se rapere, præprimis cum & illi qui ad secretiora admoti consilia ut plurimum Clericalis ordinis homines a nutu & arbitrio Magistri sui unice dependerent.

VI.

Cum vero potestatem summam ac prorsus independentem hac via consequi non posset, aperto Marte etiam pugnandum censuit, & per varias turbas, absolutis sc. a fidelitatis nexu subditis, concitato filio in Patrem tandem ipsum Henricum V. eo adegit Pontifex Calixtus, ut & ipse, Juri constituendi & investiendi Episcopos prorsus renuntiaret, Imperatori relicta saltem potestate conferendi Regalia & feuda Imperii, adhibito ritu tradendi sceptri. Sic magna pars summæ potestatis jurium periit, & à Republ. Germanica divulsa fuit *conf. Conring. de Constitut. Episc. Germ. §. 54. & seq.* atque ex ovium Pastore Rex & Princeps seculi factus mira metamorphosi: Quanquam non diffitendum Imperatores præcedentes in eo admodum lapsos quod Episcopis & aliis Præsulibus Germaniæ nimia indulgentia primum secularem jurisdictionem, territoria cum Regalibus concesserint, ut de Ottone testatur Reiner Reinecc. *de Orig. Saxon. Fol. 14.* **D**aher begunten die Bischöffe erst weltlich

Papa independens potestas abominabili malitia acquisita.

Secularis potestas Episcoporum Germaniæ.

B

weltlich recht zu haben / daß dauchte damals umbillig
 manchem Mann. Brunoni enim Archi-Episcopo Co-
 loniensi Ducatum Lotharingæ, Wilhelmo filio Archi-
 Episcopo Moguntino Thuringiam gubernandam com-
 misit. Hugo de *stat. Reg. Germ. c. 1. §. 5.* Burgold.
ad J. P. p. 1. disc. 20. n. 8. Originem hinc primum traxit
 celebris illa distinctio inter Episcopum qua talem, &
 qua Principem seu Ducem; Hinc alii fines Diocæseos,
 alii territorii constitui cœperunt. conf. Duaren. *de S. Eccl.*
Minister. l. 1. c. 4. qua quidem nihil exitius pestilentius-
 que Imperio accidere potuit, fastu enim & ambitione
 turgidi, contra intentionem Imperatoris, absque admi-
 nistratione bonorum & exercitio jurisdictionis, territo-
 ria ipsis concedentis, Illustr. D. Rhetz. *de J. Publ. l. 1. c. 2.*
n. 98. § c. 15. n. 8. immemores Episcopum & presbyte-
 rum non differre potestate, *can. olim. dist. 95. omnes cleri-*
corum totque Laicorum causas obtentu spiritualitatis aliasq;
prope omnes misti fori ad spectu ac denique juris & justitiæ dene-
gate colore, peculiare fecere foro Episcopali, eo tandem deven-
tum ut affirmarent Episcopum habere eam judicandi potesta-
tem quæ tam latè patet ac diffunditur, neque concessione, neque
conniventia principum, neque voluntate populi, neque inve-
terata consuetudine, sed Episcopi dignitati penitus insitam
esse & essentialem atque ab ipso Christo donatam vid. Petr.
Suav. Hist. Conc. Trid. l. 4. p. m. 299.

VII.

*Jurisdictio
 Ecclesiasti-
 ca à secula-
 ri prorsus
 separata.*

Sic Pontifex se suosque summæ potestati civili
 subtraxit cui tamen secundum Praxin Vet. Testam. ubi
 summi Pontifices sub manu & potestate Regia erant.
1. Paralip. 23. 24. & 25. et passim; primitivæ Ecclesiæ, imo
 secundum generale præceptum Pauli *Rom. 13. Omnis a-*
nima

nima subiecta fit & c. vid. M. Ant. de Domin. de Republ. Ec-
cles. P. 2. c. 4. per tot. obsequii gloria relicta esse debebat;
quanquam jam Paulo ante etiam Imperat. Frider. de-
ceptus Pontificum insidiis Clericis tam in civilibus quam
in criminalibus exemptionem stabiliverit. in Auth. statu-
imus C. de Episc. & Cler. quam illi non tantum ad familias,
sed & Clericorum concubinas extenderunt. Mart. de
jurisdict. p. 4. cent. 1. cas. 44. Imo eo deventum ut asse-
rerent iudicem secularem nullis in causis in Clericum
habere jurisdictionem, ne quidem consensu Episcopi
c. si diligenti. 12. X. de for. compet. c. decernimus 2. & c. quanto.
3. X. de iudic. Et ne Papam quidem facere posse, & si fa-
ceret secularem iudicem minime posse cognoscere, ita
Cardin. & Abb. in cap. perpendimus X. de sent. excomm.
ideo nec principem Laicum nec Imperatorem posse
condere legem, quo Clericus committens crimen læsæ
Majestatis puniri possit per iudicem secularem, & si pu-
niat, fieri de facto non de jure, eo quod Clericus non sit
subditus Jul. Clar. in Prax. Crim. l. 5. §. fin. q. 36. n. 23. ridi-
cule hunc in finem alii adducunt dictum scripturæ, cu-
jus verb. *Nolite tangere Christos meos*, de consecratis Cle-
ricis nullo modo subjiciendis potestati Laicæ explicant;
& sic ordinatum iudicium cum injuria confundunt. :
Hinc ab ipso Deo distinctam Jurisdictionem Ecclesiasti-
cam à seculari, ideoque Clericum non declinantem fo-
rum Laici seu secularis Judicis tanquam transgresso-
rem Legis divinæ & Canonis per iudicem Ecclesiasti-
cum mulctari aut extraordinarie puniri debere, Laicum
autem convenientem causam suam perdere Scaccia. l. 1
de iudic. c. 11. n. 45. Iudicemque iudicandi potestate priva-

ri & ipso jure esse excommunicatum c. nullus judicum 2. X. de for. compet.

VIII.

Pape in omnes Principes suprema potestas.

Tandem eo devenit Pontificum insolentia ut summam jurisdictionem in omnibus sibi adscriberent, Deique Vicarios etiam in temporalibus sese jactarent. Paurmeist. de Jurisdic. l. 2. c. 3. n. 3. & esse eos ordinari-
orum omnium judices, quia nemine ne quidem universali Ecclesia, ipsi autem cunctos judicare possent c. significasti. 4. X. de elect. neque in hoc mundo præter Papam alium esse Monarcham. Reink. de R.S. & E. l. 1. class. 2. c. 4. n. 46. & seqq. ibique cit. Dei enim & Papæ unum esse Consistorium. Weber. tract. de Jur. Consist. c. 50. Hinc à sententia Imperatoris ad Pontificem appellari posse apud eos indubium videbatur. Guido Papæ de appellat. concl. 7. Esse enim Imperatorem Pontifice inferiorem, quoad dignitatem causalitatem & autoritatem; Augustin. de Ancona de potest. Ecclesiast. q. 36. consid. 5. 6. & 7. Et Rebuff. de priv. stud. priv. 164. inquit. Pontificem non habere jurisdictionem per viam cumulationis, quia sic haberet Collegam & parem, nec per viam gradualitatis quia sic haberet priorem Presidentem potiore se, sed esse totum continens omnia. add. Limnæ: d. 7. Publ. l. 2. c. 9. n. 98. Plura elogiorum monstra in primitiva Dei Ecclesia in audita, vid. apud Gastel. de stat. publ. Europ. c. 4. num. 10. & seqq. Goldast. Polit. Imperial. l. 8. p. 430. & in Prefat. de Monarch. Anton. de Rosellis, c. 5. tract. de potest. Imperat. & Pape, quem exhibet Goldast. tom. 1. de Monarch. multis argumentis probare conatur, summum Principatum esse in Pontifice, sed ubique videtur supponere id quod est in quæstione, ipse Cardin. Bellarminus acerrimus alias Roma-

ma-

manæ sedis propugnator, Imperium quidem Papæ universale adstruit, ejus tamen adhuc est modestiæ, ut indirectè saltem hoc ipsi competere asserat. Ziegl. *de Jur. Majest. l. 1. c. 1. §. 20.* Sed illi satisfecit Barcla. *l. de Potest. Papa.*

IX.

Postquam igitur inter omnes alias gentes præcipue Germani ex superstitione simplicitate jugum illud Papale (sub specie pietatis ipsis impositum) cum veneratione subjerunt, facile colligi poterit, quam in subditos Imperii Germanici Pontifex sibi arrogaverit potestatem, si enim talia in summa capita tentare ausus, quid non in subditos? Et sane manifestum est ante pacificationis Religiosæ tempora, ne minimam quidem cognitionem Judicibus secularibus relictam illis in causis quæ qualibet ratione colorem saltem Ecclesiasticarum habuerunt, cum adhuc hodie Canonistæ ut plurimum defendant, Judicem Laicum nec de causis possessorii rerum spiritualium cognoscere posse Gonzalez Tellez *ad c. fin. x. de judic. n. 8.* & ibi cit. addit, in casu *c. fin.* Monachos de facto magis quam de jure coram potestate seculari conventos, quia tum temporis ob grassantia bella potestas Ecclesiastica neglecta fuisset. Atque in civilibus non minus quam in Ecclesiasticis ad Pontificem de consuetudine appellatum fuisse patet ex voto unius ex Assessores Cam. Imp. *vid. auct. præjud. Cam. Voc. Judex*, ubi à sententia ab Officiali Monasteriensi in civilibus lata appellatum ad Pontificem; Appellatus in Cam. petiit Mandata avocatoria. S. C. quæsitum quid faciendum? Votum primi eò collimavit, non posse Mandata. S. C. decerni, eo quod ibi talis sit consuetudo, appellandi etiam in prophanis causis ad Pontificem, Assessores autem se-

*Potestas Pa-
pe circa ju-
risdictionem
secularem
in Imperio
Germ.*



cundum consuetudinem pronuntiare debere; Testatur de hac consuetudine, Conring. & ab eo cit. Exercitat. de Judiciis Reipubl. German. §. 80. & seqq. Ubi de sacro causarum secularium foro prolixè agit, & §. 68. in fin. d. Exerc. inquit *Vix legas ex eo tempore quenquam Episcoporum secularis causa ergo ante Maximilianum in Germania judiciis conventum esse, tantum abest ut id factum sit sacri delicti nomine; Text. in c. 7. x. de appell. ibi: si à civili iudice appellatum ad Papam tenet appellatio de consuetudine Ecclesie; idem evincit, & M. Ant. de Domin. de Republ. Ecclesiast. p. 1. p. 460. consuetudinem dicit obtinuisse ut ob magnam Romanæ Ecclesiæ existimationem in gravioribus causis ex toto Romano Imperio illa consuleretur; Sed hoc quidem successu temporis ad quaslibet tractum causas, tantisque harum appellationum abusus factus ut quilibet ab ordinario se gravatum putans ad Pontificem tanquam anchoram sacram confugeret, à quo tum inaudito exemplo ad delationem unius personæ sententia dabatur in absentem non auditum nec vocatum M. Ant. de Dom. cit. l. p. 446. ibique alleg. adeo ut in ipso adhuc papatu medelam huic in perniciem Reipubl. tendenti malo afferre consultum judicarint Imperatores; hinc Edictum Maxim. I. wider des Pabsts angemaste Jurisdiction im Reich; Caroli V. Mandata de non evocando. anno 1583. an die Stände des Reichs. quæ habentur apud Goldast in den Reichs-Sagungen. Camerales quoque anno 1512. d. 20. Febr. in 100. Marc. aur. puri condemnarunt Reum qui à sententia Cameræ Imp. ad Pontificem appellaverat. Limnæ. de J. Publ. p. 2. c. 9. n. 102. Hisce tamen non obstantibus provocationes in civilibus & prophanis ad Pontificem Nunciosque in Imperio ad huc frequent-*

quentabantur, adeo ut in R. J. noviss. §. als sich dann auch
164. Capitulationibus Leopoldi & Josephi sub pœna an-
nullationis & cassationis, prohibitio repetita fuerit;
præjud. vid. apud Gambf. ad R. I. noviss. cit. §. 164.

X.

Manifestum hinc est Ecclesiasticam potestatem *Prorsus ab*
solam tunc temporis superiorem, nec ab ea ad secula-*soluta & su-*
rem provocare fas fuisse, à superiore enim ad inferi-*prema.*
orem appellare inauditum, neque consuetudine vel
statuto induci posse, tradunt Commun. Juris Inter-
pretes; Inde quoque Judicem Ecclesiasticum supplere
posse Judicis Laici negligentiam, non contra, docet.
Murga *tract. de benef. p. 288.* addita ratione, quod Clerici
sint principibus secularibus etiam Regibus superiores,
& eorum dignitatem cuicunque dignitati seculari præ-
fulgere *c. quis dubitet. dist. 96. C. sollicita. 6. X. de major. & o-*
bed. & quod jurisdictio Ecclesiastica habeat se ad secula-
rem eo modo quo spiritus ad carnem, unde illam diri-
git non dirigitur ab ea. Sperell. Decis. fori Eccles. decis. 123.
n. II. Ex quo fonte decidunt controversiam; Quis co-
gnoscere debeat de dubio jurisdictionis, seu quando
controvertitur utrum certa causa ad forum Ecclesiasti-
cum vel utrum ad seculare pertineat? Felician. de Oliva
de foro Eccles. p. 1. q. 26. n. 10. & Barbos. de Jure Eccles. l. 1. cap.
39. §. 2. n. 28. pro iudice Ecclesiastico & quod ille solus
cognoscere debeat, pronuntiant, adducunt pro senten-
tia sua text. *in cap. si iudex Laicus de sent. excomm. in. 6.* Hinc
Judicem Ecclesiasticum per censuras Ecclesiasticas pro-
cedere posse, contra Judicem secularem ut causam pro-
tinus remittat *c. seculares iudices X. de for. comp. in 6.* etiam
ex officio, cum cesset prorogatio & tacitus vel expres-
sus

sus partium consensus nihil operetur. *Oliv. supr. cit. l. XI.*

Fundamentum Juris Episcopalis principibus protestantibus competentis.

Sic in Pontificem Romanum per tacitum & expressum consensum translata, in causis quæ Ecclesiasticæ vocantur, omnigena, in aliis quasi directoria potestate, sub ejus jugo adhuc quidem detinentur Principes Romano-Catholici, utpote in quorum territoria potestatem omnem circa sacra adhuc sibi vindicat Pontifex Romanus, in evidens testimonium illam potestatem non dependere vel ab Imperatore, vel ab ulla in Imperio nostro seculari potestate; Postquam vero singulari Divina gratia tenebræ Papales in multis Provinciis Europæ discussæ sunt, non tantum exteri Reges, sed & Germaniæ Principes ac Status, excusso Romani Pontificis jugo, Jurisdictionem illam Ecclesiasticam ab Imperatore & terrarum Dominis derelictam, vel potius quoad Germaniæ status abdicatam, sibi vindicarunt; Hancque ita ex nova quasi causa acquisitam sibi propriam fecerunt. vid. Hug. Grot. *de J.B. & P. l. 2. c. 4. n. 11.* ut quamvis Præsul Romanus illam jurisdictionem ab initio illegitime nactus sit, tamen quia ex voluntate Imperatorum & Principum in illa jus firmum acceperat. H. Grot. *d. c. 4. §. 14.* hocque jam à territoriorum Dominis ipsi iterum ereptum sit, hi merito illud suo jure sibi vindicent, nisi quatenus de novo in illa alium judicem agnoverint, summa quippe Evangelicis Principibus competente libertate in Ecclesiasticis disponendi, quatenus illa LL. Divinis, pactis & transactionibus tanquam propriis conventionibus, aut tacito consensu non restricta; Quamvis enim Romanus Antistes ac Dominatus ejus propugnatores potius bellum contra protestantes, plurimis



rimis annis continuare quam quicquam de absoluto suo in Ecclesiasticis Imperio cedere voluerint, tandem eo res redacta est, ut Papalis illa jurisdictio Ecclesiastica in terris Principum A. C. in suspenso relicta fuerit, unde per Pacif. Religiosam & J. P. Osnabr. art. 5. §. 48. & passim, Regiam quasi & independentem ac absolutam in sacris consecuti potestatem, adeo ut actu in suorum nemini, nisi Deo rationes reddere cogantur, in hoc mundo superiorem non recognoscunt, cui hac in re iussa eorum emendandi, & corrigendi jus competeret, aut ad quem illi qui sese gravatos putant, provocare possent, uti in sequentibus plenius dispiciemus.

XII.

Utrum autem Principes & Status A. C. ante magnum illud diffidium, potestatem hanc unquam habuerint, & sic quasi postliminii jure eandem sibi iterum vindicarint, nec ne in præsentem non libet penitus inquirere, vid. Excell. D. Stryckii diff. de J. Pap. Princip. Evangel. Thabor. de Regim. Imperant. Eccles. th. 23. Harprecht. Conf. Tubingens. v. 1. cons. 12. n. 43. ibique cit. Illud ex supra deductis patet Papam & Episcopos omnimodam usurpasse & Imperatorem ex conniventia, tacito & expresso consensu plane amisissæ potestatem in sacris: Superioritas è contra territorialis paulatim vario titulo modoque prout nunc conspicitur exaltata est, à parvis ab initio profecta initiis. Ad instituti rationem sufficere existimo ex Pacificat. Relig. & Instr. Pac. Osnabr. rem hanc repetere, in quibus tanquam Imperii fundamentalibus LL. summa hæc libertas, pacto mutuave conventionione, ita confirmata, ut intra territorii cujusque fines sese continere debeat; sic ut Principes & Status protestan-

An vindicata jurisdictio a principibus?

Ex Instrum. P. repetitur

C

stan-



stantes hodie in terris suis omnia jura tum Papalia, tum
Episcopalia, vi pacti Imperii publici superioritati terri-
toriali superadditi, publica & in perpetuum valitura fun-
damentali lege confirmati, exerceant.

XIII.

*An suspendi
potuerit.*

Num autem in Romanæ sedis præjudicium tale
pactum iniri, atque ejus quæsitum interverti potuerit,
præjudicialis admodum mota controversia? Pontifex
acriter sese opposuit multis protestationibus; Ernestus
five Eusebius de Eusebiis, sub quo nomine Johannem
Muhlmannum Professoris Theologiæ Lipsiensis filium
latere voluisse, putatur, non veretur eam nominare,
causam perditionis animarum, usurpationem potesta-
tis non competentis, repugnare dicit talem conventi-
onem officio & juramento Cæsaris, statuumque Catho-
licorum maxime Episcoporum, esse eam frustratoriam
ipsoque bello periculosiorem, Romanorum Pontificum
suffragio destitui, ac damnari, & alia ad quæ breviter &
nervose respondit Johann. Deckherr. *in Vindic. Pac. Re-
lig. tit. 28. n. 10.* add Fritsch. *de Jure Ecclesiast. tract. de
natura, Indole Pacif. Relig. §. 30. & seqq.* ad quos brevitatis
amore Lectorem benev. remitto,

XIV.

*An transla-
ta? & an per-
petua?*

Sed cum Pacif. Religiosa in loco supra alleg. illam
Jurisdictionem Ecclesiasticam suspensam solum doce-
at, cassatam vero eandem sine lege dicere non possi-
mus, inde varie quæsitum, an in Principes & Status E-
vangelicos translata? & an perpetua? Translatio quæ
semper præsupponit ademptionem certam à parte pristi-
ni possessoris, & collationem certam à parte alterius an-
unquam facta sit? quod ita factum esse, dissentientes,
nec

nec lege nec ratione legis docere posse, ajunt, suspensionem enim nulli aliquid tribuere, nec quicquam transferre; neque sequi tuum non est, ergo est meum? Quamvis vero hæc obiectio speciem forte habere potuerit ante Instrum. Pacis Osnabr. tempora, tamen in hac huic dubitationi satis obviam itum, & translatio omnimoda indigitata in verb. *territorii cujusque finibus inclusa maneat*, ut taceam absurdum, imo impossibile esse eam jurisdictionem interim cessasse vel in deposito quasi mansisse; Sicuti enim nulla Respublica sine aliquo sacrorum jure subsistere potest; ita rem depositam esse, absque depositario æque absurdum erit. vid. tamen Matth. Steph. *de jurisd. l. 3. p. 1. c. 1. n. 36. & c. 15. n. 6.* Quamvis etiam Compositores Pacis Dillingenses, ex clausula illa suspensionis Ecclesiasticæ, negaverint, Principibus protestantibus hanc jurisdictionem in perpetuum concessam esse, sed Imperatorem cum adimere non potuisset, illam suspendisse, donec occasio eandem de novo exercendi sese offerret: Sed æque absona est hæc explicatio, cum supra ostensum, Imperatorem hanc jurisdictionem illo tempore non habuisse, & sic neque de illa disponere potuisse, hinc per illam clausulam illud tantum indicatum est, semper usque ad Christianam compositionem diffidii Religionis *art. 5. §. 14. J. P.* sine dubio quod erit sub finem mundi illam tanquam in suspensio principibus relictam jurisdictionem Ecclesiasticam, apud hos mansuram, quod confirmat *R. J. de anno 1555. §. Solches und jedes 30. & seq. in verb. darüber ickt oder fünffziglich weder aus Vollkommenheit oder unter einigem andern Schein/ nit fürnehmen* add. Denckherr. *de Pac. Civ. Rel. dat. p. 1. c. 27. num. 8.* Obrecht. *ad J. P. art. 5. §. 48.* Carpz. *Jurisp. Consist. l. 1. tit. 1. def. 1. §. 2.*

An in deposito fuerit?



*Removen-
tar objecti-
ones contra
independen-
tiam in
Ecclesiasti-
cis.*

Illud autem præcipue hac in materia, quantum ad effectum appellandi dissentientes hodie magni nominis Romano Catholicæ Religionis addicti dubium movere solent: Expediti juris esse, Principes A. C. territoria sua cum Regalibus dependenter ab Imperatore Iure feudi possidere: Si hoc, non posse eosdem declinare provocationem extremam ad Cæsarem, aut ipsum & Imperium repræsentantem Cam. Imp. cum secundum principia ipsorum Evangelicorum Jus sacrorum sit pars superioritatis territorialis primaria; Hinc concedi quidem posse Principibus competere Jura Episcopalia in suis territoriis, Imperatorem autem, exceptis causis fidei ac Religionis, habere Jura Papalia & quasi summam Jurisdictionem in causis Ecclesiasticis quoad protestantes. Quamvis itaque non negem principes A. C. territoria sua maxima ex parte cum Regalibus jure feudi ab Imperatore & Imperio possidere; licet quoque non pauca jure allodii teneant. add. disp. Excell. D. Stryckii de Jure princip. allodiali; Non etiam nego Jus Sacrorum in Instr. Pac. art. 8. ad superioritatis territorialis partem alteram relatam, eique regulariter cohærere debere: Attamen cum ex sola & unica superioritate territoriali Principum nostrorum jura non deducam; (Ita enim Nobilitati immediatæ, utpote superioritate destitutæ, non competeret) sed potentiæ eorum, qua jus hoc sibi asseruerunt, & quam Deus in omnimodam libertatem invalescere voluit, pacto Imperii publico confirmatæ, illud adscribam, argumenta contraria eo minus strigent: Imperator enim qui in hoc negotio tanquam membrum, & pars consideratur, neq; sibi, neq; Imperiali Ca-
me-

meræ summum Papale jus et potestatem judicandi in
 causis Ecclesiasticis subditorum Principis alicujus A. C.
 reservavit actu, nec reservare potuit, cum dissidii, Paci-
 ficationis, Instr. Pac. & omni tempore suo à pontifice
 Romano usurpatum & retentum, illud ipse non habu-
 erit. Nec de novo illud per d. Instr. Pac. acquisivit, post-
 quam enim ibi suspensa est jurisdictio Ecclesiastica cum
 omnibus suis speciebus, & ad terminos territorii cujus-
 que restricta, nihil tributum est Imperatori, & verbu-
 lo quidem, quod causas Ecclesiasticas ad se trahere pos-
 sit, dispositum. Sola feudalis qualitas, quæ tantum in
 fide consistit non involvit necessario subiectionem, & sic
 nec jus extremæ provocationis: Et si à sola qualitate
 feudali deducenda esset libertas hæc, non haberent jus
 sacrorum neque jus Reformandi Principes nostri, vid.
art. 5. §. 42. J. P. cum ex solo fidei vinculo, quod inter
 Dominum & Vasallum est, huic nullam jus in Religi-
 onem nascatur: Et quamvis superioritatis territorialis
 proprium quasi sit Jus Sacrorum, inseparabiliter tamen
 eidem ita non cohæret, quin abesse possit; abfuit enim
 durante Hierarchia Papali; & abest hodie à principibus
 secularibus Romano-Catholicis; ut hinc potius videatur
 superioritati tunc temporis pacto superadditum jus sa-
 crorum, quam ex ipsa superioritate territoriali, quæ
 tunc, non continebat in se, jus hoc, deductum, unde il-
 lud quod mediante pacto superadditum non poterit
 proprie dici competere vi superioritatis, seu vi illius, cui
 superadditum, nec poterit dici summum relative, sicut
 superioritas respectu Imperii, sed summum absolute
 quod nullis nisi pactorum, ut ita loquar, LL. subest. No-
 vum itaque non est posse penes aliquem esse interdum



jura territorialia , ita tamen ut restricta sint quoad jus circa sacra & potestatem Reformandi Religionem, Obrecht ad J. P. art. 5. §. 42. quamvis pro Domino territorii ejusque fundata jurisdictione in omnibus quæ territorii finibus continentur tamdiu præsumatur, donec exemptio legitime doceatur, D. Coccej. Inst. J. Publ. c. 21. §. 15. num. 1.

*Attentata
Cam. Imp.
contra
principum
jura.*

XVI.

Nihilominus tamen quotidiana testatur experientia summam & absolutam hanc potestatem , multis modis impugnari, dum videmus in causis Ecclesiasticis maxime si de possessorio rerum spiritualium controvertatur appellationibus interpositis à supremis Imperii judiciis, sine omni scrupulo deferri, sc. usu & istis venit, quod plerumque judicibus superioribus proprium esse solet, ut laborent omnibus modis extendere fimbrias Jurisdictionis, quam alieno nomine exercent ; Unde quoque speciali opus fuit prohibitione, ne decernerent Camerales Processus contra Statuum Jura & Privilegia de non appellando, ad quod faciendum alias satis proni videbantur. vid. Conc. Ord. Cam. p. 1. tit. 22. §. Es wird auch/ibi: darwieder kein Process zu erkennen / sondern dieselbe unbeschwehrt dabey zulassen / und dasselbige mehr als bishero geschehen in Achtung zu haben / add. p. 2. tit. 31. §. 12. qualiter autem, & quo jure in Ecclesiasticis Camera cognoscat, vel ad illam appellationes fiant , & num ad Principes A. C. extrema tantum provocatio in terris suis competat, in sequentibus plenius tractandum.

XVII.

De Fundamento ju-

Cum vero jurisdictio Cameralis fundata sit, vel in prima, vel in secunda instantia , seu uti Cameralistæ loquun-

quuntur, vel per modum simplicis querelæ vel per mo-^{risdictionis} ~~risdictionis~~
 dum provocationis; Et quidem quoad prius jurisdictio ^{Cam.}
 Cameralis vel propter eminentiam personæ, (quod sc.
 hæc immediate Imperio subjiciatur) vel propter emi-
 nentiam causæ, singulariter cognitioni, Cameræ de-
 mandatæ, ab interpretibus Ord. Cam. fundari dicatur,
 vid. Blum. Roding. Denail. aliique ad *O. C. in pr.* Regu-
 lariter tamen obtinet regula quam tratit Gail. *I. O. I.* Ca-
 meræ jurisdictionem in prima instantia ne quidem
 quoad immediatos esse fundatam, nisi in casibus exce-
 ptis: Per modum provocationis vero (sub quo nomine
 alias quoque tanquam genere comprehendunt appel-
 lationem, querelam nullitatis, Reductionem, Restituti-
 onem in integrum) fundari in omnibus causis quæ non
 excedunt sumam Ordinationis, vel privilegii seu ut Ro-
 ding. *l. 1. tit. 31. ex l. Et in majoribus C. de appellat.* ait, omnes
 quæ non reperiuntur expresse prohibitæ, & verò causæ
 spirituales, seu Ecclesiasticæ, inter illas exceptas referan-
 tur *c. 1. § 2. c. si diligenti §. fin. § c. clerici x. de judic.* vid.
 Blum. *Proc. Cam. tit. 43.* ita ut ne quidem in hoc casu vo-
 luntaria prorogatio locum habeat *d. c. si diligenti §. fin.*
 Gail. *I. O. 40. n. 7.* ipsique Principes ratione jurium Ec-
 clesiasticorum in suis territoriis per retro deducta Im-
 peratori vel judicio communi Imperiali subjecti non
 sint, sequitur ordinarie nec per modum provocationis
 causam Ecclesiasticam ad Cam. devolvi posse.

XVIII.

Jam vero in illo præcipuum videtur consistere ^{Que cause}
 momentum, quænam causæ pro spiritualibus, & Eccle-^{pro Ecclesi-}
 sticis habendæ, ad effectum non fundatæ jurisdicti-^{asticis ha-}
 onis Cameralis? Ubi ex supra deductis hanc veram puto ^{bendæ?}
 regu-

regulam. In quibuscunque causis Episcopi Germaniæ, & Pontifex Romanus, de jure seu expresso, Imperatoris & Principum Germaniæ, per Concordata, & alias, declarato consensu, vel usu, consuetudine (hæc enim jurisdictionem tribuit per trad. Gail. l. O. l. n. 18. & ibi alleg. text. & DDres.) jurisdictionem habuerunt, in omnibus illis hodie, Principibus Aug. Conf. competit jus cognoscendi & decidendi controversias in territoriis, & inter subditos suos; Et sicuti Pontifici Romano absoluta & independens sine ulla provocatione ad quemcunque in mundo secularem judicem, in his causis potestas private competit: Ita quoque eandem independentiam sine ulla provocatione ipsis solum competere existimo: Hinc ut sciamus, quid pro Ecclesiastico hunc in finem habendum, ex Jure Canon. quidem peti debet, quid olim durante Hierarchia Papali eorum sacrojudicio ventilatum & decisum fuerit: Principes autem nostri nullo modo adstricti sunt, ut controversias Ecclesiasticas præcise secundum Canonica jura deciderent, cum absoluta in Ecclesiasticis polleant Autonomia; & eandem libertatem LL. Ecclesiasticas condendi in suis terris habeant, quam habuit & habet Pontifex inter Romano-Catholicos: Unde, quamvis tota jurisdictio Ecclesiastica, purum putum, sit idolum Papisticum, uti ex superioribus manifestum. Ne tamen independentiæ & auctoritati Principum Aug. Conf. per illicitas appellationes ad summa Tribunalia quid detrahatur, jure meritoque retinentur Consistoria, & in illis omnis generis causæ quæ quondam pro Ecclesiasticis habitæ, tractantur. Facile inde colligere licet quam grande committant sacrilegium, ut utar verb. l. 3. C. de crim. sacrileg. qui

*Principum
Aug. Conf.
autonomia
in Ecclesi-
asticis.*

*Consistoria
retinenda.*

*Sacrilegium
est, avocare*



qui Principi suo si non, Consistoriorum abrogationem, *causas a Consistorio.*
 saltem restrictiorem cognoscendi potestatem illis relin-
 quendam, consulunt; Et sub quocunque meliori causæ
 civilis prætextu, cognitioni Consistoriorum causas sub-
 trahere, annituntur, sicque tandem eo, rem deducere
 per indirectum in effectu allaborant, ut orta judiciorum
 confusione, quælibet causæ, cæteris paribus ad Imperii
 trahantur judicia, & Principis sui circa sacra absoluta
 & independens potestas, in absolutam dependentiam
 convertatur.

XIX.

Cum igitur absoluta ut sæpius dictum gaudeant *Jurisdictio*
 libertate principes nostri Aug. Confess. in Ecclesiasti- *judiciorum*
 cis, hinc est, quod in modo dictis causis neque Imperato- *Imp. regu-*
 ris, neque Cam. Imp. jurisdictio in prima instantia con- *lariter non*
 tra ipsos Principes, uti quidem in multis aliis propter *fundata*
 dependentiam & immedietatem, regulariter fundata *contra prin-*
 sit: Hinc est quod controversiæ eorum matrimoniales, *cipes in Ec-*
 neque ab ipso Imperatore, utpote cui in Ecclesiasticis & *clesiasticis.*
 spiritualibus nulla competit jurisdictio, aut cognoscen- *Hinc, nec in*
 di potestas, ei enim matrimonium tanquam res spiritu- *matrimoni-*
 alis est sacramentum; de quo non nisi i summo Antistiti *alibus.*
 Romano inter Catholicos summa competit cognitio:
 neque ab Imperiali Camera, decidendæ; hujus enim, si-
 cuti in aliis causis spiritualibus & Ecclesiasticis jurisdic-
 tio non fundata. Blum. *Proc. Cam. tit. 43.* sic in matrimo-
 nialibus expresse rejecta per *Memor. Visit. de anno 1570.*
 conf. Denais. *d. 7. Cam. §. 187.* Voce *matrimoniales cause,*
 neque etiam tempore fundatæ Cam. Imp. ubi omnis
 Jurisdictio Ecclesiastica penes Pontificem Rom. erat, d.
 Cam. eam communicare potuerunt Imperator & Sta-
 D tus

tus Imperii. Hinc quoties controversia incidit de validitate aut alia quaestione matrimonii Principum & statuum Imp. Aug. Confess. Senatus Cam. Imp. causam non definit, sed rem dubiam decisioni Imperatoris & statuum committit. Sicuti in famosa controversia successionis, (cujus Histor. vid. apud. Im Hoff. Not. Procer. Imp. l. 6. c. 7. n. 4.) Hans Otto von Isenburg contra Julium, Bischoffen zu Würzburg / & Wolff Ersten Graffen zu Isenburg und Bidingen / & Conf. Assessoribus placuit, causam potius remittere, quam diversa sententia praejudicium subministrare. Appellatum fuerat ad Cam. Imp. a sententia Consistorii Archi-Episcopalis Moguntini vigore cujus Hans Otto von Isenburg pro vero legitimo, & naturali filio Antonii ab Isenburg & conjugis ejus declaratus fuit, verba sententiae admodum notabilis hic subjicere non pigebit. *Claus. concer.*
Remittitur Wofern Kläger von Ihro Kays. Maj. Churfürsten und Stanz
questio: ad den des Reichs / die Resolution ob die unterm dato vom 15. De-
Imperat. & cembr. 1622. ad acta gebrachte Erz-Bischöfliche Wäynzische
Status Im- Consistorial-Urtheil als competenter ausgegangen zu halten
perii. sene / oder aber wiedrigenfalls bey welchem Richter der Aus-
 spruch über die controvertirte Chesach / der am 28. Sept. 1615.
 an diesem Kays. Cammer-Gericht ergangener Urtheil
 gemäß zusuchen sene / beybringen werden / hauptsächlich erge-
 hen solle / was recht ist. Deckherr. *de Pac. Civ. Rel. dat. p. 1. c. 27.*
S. 40. conf. Burgold. ad J. P. p. 2. disc. 20. n. 13.

XX.

Quem ha- Nullum ne igitur principes & status Aug. Conf.
beant status in hisce causis habebunt Judicem? Nullum sane, (neque
in matrimo- enim judicium Aufregarum locum habere potest;
nialibus ju- cum ad id semper requiratur ut non solum persona im-
dicem, mediate Imperio, sed & causa talis sit, quæ jurisdictioni
 Cam

Cam. & Imperii immediate subfit. Meischn. decis. Cam. *Nullum ha-*
tom. 2. l. 2. fol. 55. n. 77. & per appellationem ad Cam. de- *benr.*
 volvi possit. *O. C. p. 2. tit. 6.*) nisi quem sponte elegerint,
 & in cujus iudicium ipsi compromittere velint. *Mev. p.*
2. decis. 365. per tot. Reinck. de R. S. & E. l. 3. c. 1. c. 10. §. 31.
& seqq. cujus rationem hanc tradit *Furstener. de jur.*
supremat. c. 28. in fin. quod personæ principum sint libe-
 ræ, ideoque in iis quæ mere personalia sunt, qualis est
 matrimonii obligatio non nisi conscientia internæ vin-
 culo obstringi possint; Sed libertas hæc ex generali libe-
 ra potestate & plenaria exemptione in Ecclesiasticis, ori-
 tur; vi cujus nullis in controversiis Ecclesiasticis Impe-
 ratoris aut Cam. Imp. iudicium subire tenentur, nisi
 quatenus per R. Imp. Instrum. Pac. & alias Imp. Con-
 stitutiones, tanquam proprias conventiones, illud ele-
 gerunt; Cum alias contra *Furstenerii* rationem speci-
 osa sint, quæ regeri possent, sc. liberas dici personas
 Principum salvis Reipubl. German. LL. quibus se ut
 membra expresse, vel tacite obstrinxerunt; Mere per-
 sonalia esse quæ concernunt factum & jura Principum
 erga se, & personam propriam extranea obligatione,
 non affectam, propter obligationem autem matrimonii
 jam contracti, personam Principis jam alii personæ affe-
 ctam, non amplius in statu omnigenæ libertatis existe-
 re, negotium limites jurium personæ erga se ipsam ex-
 cessisse. Ast cum nullis in causis Ecclesiasticis regula-
 riter fundata sit contra eos Jurisdictio summorum judi-
 ciorum, & quoad Personas suas nullibi in Constitut.
 Imp. iudicium Imperatoris & Cam. de novo iterum
 agnoverint; plenaria adhuc in matrimonialibus gaude-
 bunt libertate: Hinc præter & contra LL. & Canones

inire matrimonia possunt, uti sensit quoque Christianus Dux Megapol. Diar. Europ. P. XI. p. 524. Et non alia ratio habenda in illorum quam in cœterorum Regum & Principum superiorem non recognoscentium matrimoniis haberi solet.

XXI.

Exceptio à reg. ex 7. P. art. 5. §. 54. De controversia circa Ecclesiastica, inter immediatos in vicem sine intuitu tur- batae religionis.

Sed cum ipsi Pacificatores præviderint Reipublicæ nostræ Germanicæ pessime consultum fore, si omni-
moda hæc libertas ad quaslibet traheretur causas Ec-
clesiasticas, ita enim futurum ut Imperii publica tran-
quillitas perpetuis obnoxia esset periculis, & difficiente
iudice, ratione rerum vel jurium in iis quæ bona vel ju-
ra in alieno, litigioso, vel communi territorio, concer-
nunt, necessario bella & tumultus exoriri oportere; ma-
xime cum de his quotidianæ occurrant controversiæ,
hinc saluberrimè ad præcavendum tale in perniciem
Reipubl. nostræ versurum malum convenerunt, & su-
pra dictam libertatem in eo limitarunt in 7. P.
art. 5. §. ac proinde 54. quod status imperii nostri in tali-
bus casibus. Judicium Camerae Imperialis subire
vellent; allectis ad controversias decidendas ex utraque
Religione pari numero Assessoribus, qui omnibus in
casibus ubi non inter solos Catholicos Status, nullo in-
terviente Aug. Conf. Principe, lis verteretur, judica-
rent, Catholici quippe soli inter se non alium quam Pon-
tificem Romanum judicem in Ecclesiasticis agnoscunt
supremum; Quando itaque inter duos Imp. Principes s.
status Aug. Conf. de Jure Episcopali, Jure ordinis, Dio-
cœfano, status & dignitatis, potestate confirmandi, &
removendi pastores, controversia occurrit Augustissi-
mum Tribunal judicem fuisse, patet ex sententia prola-
ta

ta inter Marchionem B. & Ducem W. cujus admodum notabilis sententiæ verba hic subicere licebit. In Sachen Herrn F. Marggraffen zu B. Klägern eins / wieder E. Herzog zu W. beklagten andern Theils Mandati de non offendendo S. de non turbando vero C. C. ist allen Fürbringen nach zu recht erkant / daß Herr Kläger in puncto ierüberührten Mandati de non turbando in der Pfarren zu D. bey seiner herbrachten possession vel quasi der Examination, Investitur, Visitation, Convocation ad Synodos, und der Vicarien Constitution als lein / Herr Beklagter aber / bey den übrigen Juribus so dem Juri Episcopali vel juri ordinis vel juri Diocæsano, vel juri Status, & dignitatis, anhängig seyn / auch in specie confirmationis & remotionis pastorum, und deren possession, vel quasi, mit und neben den Herrn Klägern / zusamt der Beywohnung bey jedesmahls vorgehenden Investituren, respective zu manuteneren, zu schützen und zu handhaben seyn etc. Dann ist bey den Theilen ihr Spruch und Forderung in petitorio an diesem Käyserl. Cammer-Gericht vorzubringen / und auszuführen hierdurch unbenommen / sondern vorbehalten. Et quidem quod specialiter notandum hocce in casu non decreti Processus super constit. Pac. Relig. quia turbans & turbatus ejusdē erant Religionis, quo casu non dari remedium ex dicta pace religiosa unanimiter docent Cam. rerum scriptores. conf. Roding. Pand. Cam. l. 3. tit. 9. §. 4. lit. a. Schvvanem. obs. Cam. 145. n. 55.

XXII.

Ne autem post tot tantaque bella tandem acqui- *Cam. Juris-*
sita pax religionis protinus in cruentum iterum dege- *dict. funda-*
neraret dissidium; inter eosdem Pacificatores quoque *ta in casu*
conventum; ut si contingeret diversarum Religionum *turbationis*
Principes & Status Imp. inter se collidi, unumque alte- *intuitu Reli-*
rum intuitu Religionis turbare, non illico ad arma sed *gionis.*

conventa judicia, aulicum sc. & Imp. Cam. se provocare velle vid. R. J. de anno 1555. §. In solcher 13. usque ad §. 33. R. J. noviss. §. Wir sehen 193. & expresse in R. J. de anno. 1566. §. Und nachdem. 6. ibi: Wir wollen auch. Camerae Imp. cognitio concessa. conf. C. O. C. p. 2. tit. 10. §. ult. Hinc est, quod immediatus itidem immediatum diversæ Religionis turbantem intuitu Religionis, coram dictis judiciis conveniat; quæ tum contra Reum decernunt Mandata de non turbando contra Pac. Relig. & Instr. Pac. i. e. ne turbet alterum contra propria conventa pæta; quatenus sc. non agit actor ad pœnam; alias si ad pœnam banni, pecuniariam, vel juris communis de vi, publica agit, eatenus non decernitur Mandatum, sed Citatio saltem, stylo recepto in Cam. Imp: quod si vero de non turbando alterum conveniat, quin verisimiliter saltem probata turbatione a Mandato inchoari possit, indubium est; quatenus autem pœnam solvere debet, citandus utique est ad videndum se incidisse & condemnari; Quod si autem hujus constit. qualitas requisita turbatio sc. intuitu Religionis non verificetur petiti Processus super hac Constitut. denegantur, & pronuntiat, Wir gebeten/abgeschlagen/conf. Rod. Pand. Cam. l. I. tit. 6.

Si immediatus, immediatum conveniat.

XXIII.

Quod si immediatus mediatum turbet, ubi conveniendus?

Utrum autem mediatum alterum mediatum turbans intuitu Religionis coram Principe, s. ordinario suo, an statim immediate in Cam. conveniri possit, valde inter se disputant DDres? Coram ordinario suo, nisi factum Pac. violatorium concurrat & ad pœnam banni agatur eum conveniendum, puto. diff. Tennagel. de decern. process. class. 1. c. 1. n. 2. & 9. & Blum. in Proc. Cam. ad tit.

tit. de Constit. Pac. Relig. Num autem & tali casu mediato
 conducatur pœnam banni, ipse videat, cum ex
Ord. Cam. pr. tit. 1. constet mediatum nunquam posse
 evocari, nec jus animadvertendi statui disputari, præ-
 fertim cum nec in crimine læsæ Majest. jus cognoscen-
 di Cæsari concedant, *Lundorp. tom. 4. act. publ. p. 72.*
 Quod si immediatus à mediato turbetur, itidem coram *Si mediatus*
 ordinario suo conveniendus, nisi una cum superiore *immediatū.*
 suo immediato ratihabente vel mandante conveni-
 atur, hoc quippe casu ex continentia Jurisdictio Cam.
 etiam contra mediatum fundata erit; Illud autem no-
 tandum semper locum habere Austregas, quoties iis
 gaudens conveniatur ad pœnam pecuniariam, non ban-
 ni, *Rod. Pand. Cam. l. 1. tit. 6. n. 15. & 16. ibique cit.*

XXIV.

Quod si subditi superiorem suum convenire ve- *De contro-*
 lint, an eis Processus super Pace Religiosa decernendi *versus inter*
 sint? antiquitus dubitatum fuisse inter Assessores Cam. *Magistratū*
Imp. tradit Gylmann. Symphor. tom. 1. p. 165. tandem tamen *et subditos?*
 obtinuisse, ipse cit. tom. p. 179. præjudiciis confirmat.
 Sed per sæpe alleg. Instr. Pac. & hæc dubitatio penitus
 sublata, & turbatis subditis qui in possessione vel quasi
 exercitii Religionis ejusque annexorum, qualibet parte
 anni 1624. fuerunt, plenaria *restitutio sine omni exceptione,*
 cauta, vid. *J. art. 5. §. 31. 32. conf. §. 54.* Quanquam subdi- *Subditis non*
 tis non facile sint decernendi processus, sine præviis lite- *facile decer-*
 ris informatiis, *Wann nicht vorher im Bericht ge-*
schrieben; In dubio enim semper pro Magistratu mili- *nendi Pro-*
 tat præsumtio, quod recte & justa ratione motus, ac *cessus contra*
 neutiquam injuriarum causa faciat, quæ facit *superiores.*
Gail. l. 0. 13. n. 4. & 5. Frider. Mindan. de Process. c. 13. n. 3. licet, si nar-
 rata

rata sint verisimilia & in continenti aliquo modo probentur, circumstantiis exigentibus, etiam sine literis informatiis, Processus aliquando decerni posse, videatur per R. J. de anno 1654. §. benebens sollen 105. ibi nicht leichtlich zu erkennen. Quid si tamen subditi non satis exacte & verisimiliter ex O. C. p. 2. tit. 23. agant, Mandatum nequidem C. C. decernitur, sed denegantur Processus, ne præjudicium fiat privilegiatæ Austregarum, instantiæ Mindan. d. Process. d. c. 13. n. 5. Blum. in Proc. Cam. tit. 34. n. 79.

XXV.

Quando dicatur turbare Princeps.

Quando autem dicatur Princeps subditos turbare in Religione, ut ipsum in summis judiciis convenire possint; nolo nunc singulatim persequi; Illud certum est, non aliter principem turbare, quam si contra Constitut. Imp. tanquam proprias conventiones subditos suos, qui anno 24. in quasi possessione exercitii Religionis realiter fuerunt, gravet; Hinc non dubium posse quemlibet Principem secularem vel Dominum territorialem non obstante restrictione & limitatione addita Juri Reformandi per Instr. Pac. unam ex tribus in Imperio approbatis Religionibus in sua ditione introducere, & introductam pro lubitu iterum mutare, d. Instr. Pac. art. 7. in pr. Pacif. Relig. de anno. 1555. §. Und damit solcher Friede/ subditos tamen suos ad hanc novam Religionem compellere nequit, si fuerint in possessione anno 24. J. P. art. 5. §. 31. quin potius tunc uti in præced. dictum Mandata inhibitoria à Camera decernenda R. J. de anno. 1654. §. Wir setzen 193. Aliis qui dicto anno, non habuerunt, libero emigrandi beneficio ex ejusdem Instr. Pac. dispositione competente art. 5. §. 36. quod ex parte subditorum mere volun-

voluntatis esse, deduxit. Illustr. D. de Rhetz diff. de Jure
 Stat. Imp. circa sacra c. 4. n. 12. & seqq. Indirectā tamen hoc in
 casu coactionem adhiberi, subditosque cogi posse ad au-
 diendas conciones ejus Religionis cui princeps addi-
 ctus est, negari vix poterit, modo nulla necessitas impo-
 natur conscientis, nec in excessum coactio declinet.

Illustr. D. de Rhetz. alleg. diff.

XXVI.

Num autem Principi vel statui Imp. non obstan-
 tibus verbis dispositivis Pacific. Relig. Inihren herge-
 brachten Kirchengebrauchen / Ordnungen und Cere-
 monien: & Instr. Pac. art. 5. §. 31. una cum annexis, licitum
 sit subditis v. c. Evangelicæ Religionis addictis, qui in
 quasi possessione exercitii Religionis cum annexis anno
 24. fuerunt obtrudere loco Calendarii Juliani Veteris,
 novum Gregorianum ad hoc ut festos dies secundum
 ductum hujus celebrare debeant? aut an subditi tali casu
 Principem convenire possint, de se non turbando con-
 tra Instrum. Pac? Nota hac de re agitur nunc contro-
 versia in Cam. Imp. inter Principem Dn. modo Ferdi-
 nandum de Schvartzemb. & oppidum ipsi subjectum
 dictum Marckbreith. Et sane instituere festos dies vide-
 tur esse in arbitrio Principis & inter partem superiorita-
 tis referendum esse, quidni ergo, & mutare? Calendarii
 quoque hujus vel illius usus & introductio per se inter
 adiphora, quæ non consistunt in conceptu intellectus
 sed in arbitrio voluntatis, videtur recenseri debere. Ast
 num non & hoc sit turbare intuitu Religionis, in herge-
 brachten Kirchen-Gebrauchen / liberoque exercitio Re-
 ligionis contra Instr. Pac. in præsentis casu ubi pacta, tot
 iteratæ promissiones & aliæ circumstantiæ intercessisse alle-

Quod si Ca-
 lendarium
 novum ob-
 trudat.

An turbet
 in Religione?

E

gan-



gatur, mihi non convenit definire, qui intempestive litē in supremo Tribunali indecisam pendentem, decidere; nefas duco, vid. potest. *Consil. Facult. Theolog. & Jurid. Tubing. in hac causa typis evulgatum*, cui tit. *Abdruck eines Bedenkens betreffend die von Sr. Hochfürstl. Gnaden zu Schwarzenb. dero Gemeinde zu Marckbreith in Francken angemachtete Beobachtung der neuen Zeit* &c. Eadem adhuc quoque agitur controversia inter Comitem von Leiningen Westerburg / & Civitatem, Sr. instatt; Comes Inspectorem ideo quod secundū jussu ipsius Calendarii novi tempus in celebrandis festis observare noluerat ab officio dimoverat, & aliquos civium in carcerem conjici curaverat, Civitas & Inspector petierunt & obtinuerunt in Cam. Mandatum de suspensionem ab officio cassando, & de non turbando contra J.P. mense Aug. anno 1698.

XXVII.

In causis Religionis & fidei an judicēt summa Imp. judicia.

Præter turbationem autem quæ intuito Religionis fit, ratione ipsius territorii aliorumque bonorum, ipsæ religionis controversiæ inter Principes & Status Imperii non pertinent ad imperialia judicia R. J. de anno 1555. Unde damit solcher 15. ibi: soll die streitige Religion nicht anders / dann durch Christliche freundliche / friedliche Mittel und Wege zu einhelligen Christlichen Verstande und Vergleichung gebracht worden. Unde acriter superiori seculo disputatum fuit; cui in hisce causis competat jus cognoscendi, & quænam sint causæ Religionis & fidei; Pontificii eam potestatem Cameræ Imp. competere asserbant. Hortleder von Ursachen des teutschen Kriegs. l. 7. c. 19. Protestantes contra omnes eas pro causis Religionis & fidei habendas existimabant ad quas decidendas hæc præjudicialis quæstio prius determinanda requiretur,

tur, an sc. Protestantium Religio esset vera Religio? Cumque inter se convenire non possent, Protestantibus placuit sententia suadens recusationem Camerae, unde evulgarunt scriptum adversus sententiam banni latam contra civitatem Minden, ob litem cum suae urbis Ecclesiasticis, in quo deduxerunt, Camerales quietis impatientes juste esse recusatos, ac rogaverunt simul principes & status Aug. Conf. ut eam sententiam pro injusta haberent; Burgold. *ad Instr. Pac. p. 2. diff. 20. §. 18.* In Instr. pac. art. 5. §. 52. iterum cautum est, quod in hifce & similibus controversis, sola amicabile compositio lites dirimere debeat, non attentata votorum pluralitate.

XXVIII.

Unde autem illud oriatur, quod Cam. Imp. cognoscat de hæreticis eorumque hospitatoribus, quæ ta- *Cognitio de hæreticis*
 men maxime videtur esse causa fidei & Religionis, nunc breviter dicendum: Nota est Constit. Imp. de Anabaptistis quos gladio, ferro, & igne exterminandos præcepit R. J. de anno 1529. §. nachdem auch R. J. de anno 1551. §. *hieraus haben wir* Sed intelligendam & restringendam eam puto, ad hæreticos seditiosos & rebelles, (quales ex principiis suis sunt Anabaptistæ,) quique publice scandalum præbent & ordinem conturbant, hinc passim mentin fit in d. Constit. der Friedbrecher Land-Lauffen und aufführiger Aufwickler des berührten Lasters &c. Ut hinc non videatur Cam. cognoscere de hæreticis qua *Non est de talibus i. e. an eorum Religio & fides sit orthodoxa & veritate fidei, sed solum de dissentiant à tribus sectis in Imperio approbatis? ac qualenus turbas excitant, uti patet ex supr. cit. R. J. de anno 1529.* *sensu à tribus sectis*

1529. d. §. ibi: um Fried und Einigkeit im Heiligen Reich zu erhalten. Hinc Senatus Imp. Camerae anno 1671. 31. Octobr. contra sectarios locique in quo vivebant superiores decrevit Citationem ad videndum se incidisse & condemnari in poenam privationis & respectivo banni, una cum Mandato de non contra veniendo LL. & Constit. Imp. sectarios non hospitando, sed exterminando & relegando. S. C. Johann. de la Badie, Petrum Juonem, Henricum & Petrum Slüteros & Consort. Deckherr. Consult. Forens. l. 1. c. 56. Alias si quiete vivant hæretici alii, nec seditionibus aut turbis publice docendo ansam præbeant, poenas dict. Constit. non habere locum, existimo. Et sane cum hæreticus maxime talis, seditiosus tamen non præsumatur donec contrarium evidentissime probetur, non tam facile permittendum bona alicujus sub prætextu hæreseos invadere, multo minus propter solum dissensum & errorem eos tam graviter punire, hoc enim & inhumanum & crudele est, add. D. Thomas. de 7. Princip. circ. heret. quin tamen juberi possint exire & provinciam deserere, non dubito. Quamvis & Principis potestas non videatur per J. P. art. 7. §. 2. usque adeo restricta esse, quin quiete viventes, & publice Religionem suam nec profitentes, nec hæresin dissimilantes, tolerare possit.

XXIX.

Quis sit hæreticus.

Sed maxima in eo controversia est, quis pro hæretico habendus? cum quilibet dicat se orthodoxam & veram profiteri Religionem; In l. quicumque 8. C. de heret. is habetur hæreticus qui non credit id, quod trecenti octo & decem sancti Patres in Concilio Niceno verum esse tradiderunt; Mihi videtur distinguendum inter Theologicæ & Juridicæ talem; priorem Theologis dijudicandum.

re-

relinquo. Juridice ex supr. dictis definitio hæreticum
 qui fovet Religionem Christianam quidem, à Principe
 tamen in provincia prohibitam, licet veram & orthodo-
 xā foveat Religionē; Hinc prout de J. Civ. in l. 2. § 8. C. de
 her. cognitio causarū hæreticalium, seu potestas hæreti-
 ficandi, ad judices seculares pertinuit; Sic & hodie ea-
 dem potestas Principi, ejusque Regimini seculari, non
 Ecclesiastico competit; Quanquam semper quoad pœ-
 næ inflictionem merito observandum, quod dixit Con-
 stant. M. ut summæ est clementiæ eorum vicem dolere
 sic hominibus cum mente capti sint pœnas infligere
 extremæ est dementiæ & inscitæ, uti refert Zepper l. 4.
legum Mosca. forens. ex Euseb. de Vita Constant. l. 1. c. 38.

XXX.

Ast ne longius hic excurram, misis causis simplicis *Transitus*
 querelæ alterum modum devolvendi regulariter cau- *ad Viam*
 sas ad Judicium Cam. Imp. per viam sc. provocationis in *provocatio*
 causis Ecclesiasticis plane non habere locum, breviter, *nis*
 monstrabo. Nolo hic multis repetere ea quæ de inde-
 pendentia Principum Aug. Conf. in causis Ecclesiasticis
 supra dicta sunt. Ex Jur. Can. demonstrabo, Judices Ec-
 clesiasticos in hisce causis, tam in petitorio quam posses-
 sorio judicasse. Et ab iis ad seculares nullo modo pro vo-
 cari potuisse. Id quod igitur illis iustum fuit id Principi-
 bus nullo modo denegari poterit per supr. deducta.

XXXI.

Antequam autem ipsam rem aggrediar istud prius *que sint*
 & hic videndum, quæ nam causæ sint Ecclesiasticæ, nam *causæ Ec-*
 frustra disputamus, si causæ ignorentur, de quibus lites *clesiasticæ*
 coram Ecclesiastico judicio ventilandæ. Non solum igitur
 ad causas Ecclesiasticas, quoad effectum non funda-
 tæ Jurisdictionis Cameralis refero illas, quæ ex J. Div.

decidendæ, nec solum illas unde de personis aut rebus spiritualibus qua talibus, oriuntur controversiæ, sed omnes in genere uti supr. dictum de quibus judicavit Pontifex Romanus & Episcopi; sive sint spirituales ut v. c. ipsum officiũ seu obligatio qua quis tenetur sacram obire functionem Andr. Vallens. paratit. J. *Can. l. 3. tit. 5* item jus percipiendi fructus ex bonis Ecclesiasticis, quod proprie beneficium dicitur & spirituale est, quia oritur ex spirituali officio tanquam causa sine qua non, eique in separabiliter est connexum; sive spiritualitati annexæ, v. c. jus patronatus inter Laicos: sive mixti fori, ubi delictum & quæstio præjudicialis Ecclesiastica concurrunt, hac servata semper distinctione, quod de spiritualibus eisque annexis judex Ecclesiasticus privative cognoscat, in mixti fori vero præventioni locus sit Felician de Oliv. de *For. Eccles. p. 1. q. 8. n. 63.*

XXXII.

*qua bona
Ecclesiasti
ca.*

Bona autem Ecclesiastica in specie voco ea, quæ a lendis Ministris, pauperibus, splendidiori Rei Religiosæ conservationi, cæterisque Ecclesiarum emolumentis dedicata sunt, æstimanda & dijudicanda, secundum Transactionis Passav. & Instrum. Pac. leges, quatenus sc. factum eo qualificatum, sin minus juxta proprias, fundationum, vel alias LL. à Principe latas, iisque deficientibus secundum Jura communia: Comprehenduntur autem sub hisce bonis non solum immobilia, sed & mobilia, redditus temporales & perpetui, nomina, jura & actiones. Conf. Decker. de *Pac. Civ. Rel. dat. p. 1. c. 27.* uti & Commendæ ac præbendæ. Et quamvis de his dubitatum olim valde fuisse trad. Gylm. *symphor.* tom. 1. p. 194. per Instr. Pac. tamen expresse inter bona Ecclesiastica recensitæ *art. 5. § bona Ecclesiastica. 14. § quæcumque 24.* Blum. *in*

Pro-

Process. Cam. tit. 28. n. 16. conf. D. Præsid. disput. de alienat. bonor. Ecclesiast.

XXXIII.

Quæ nam autem personæ pro Ecclesiasticis habenda sint brevissimis quoque præmittendum; Ecclesiasticos esse puto non solum illos qui actu omnes functiones sacras in Ecclesia peragendas obire solent, sed universos Clericos sive regulares sive irregulares. Hinc non solum Commendatores, quia regulæ ad stricti, Reink. *de R. S. & E. l. 3. class. 2. c. 3. n. 39.* sed & Canonici Aug. Conf. talibus accensendi. Unde fruuntur jure Clericorum, bonis jure beneficiorum Ecclesiasticorum utuntur, adeoque nec successio obtinet. Juraque eorum ex principis Juris Ecclesiastici decidenda D. Coccei. *Inst. J. Publ. c. 18. n. 48. Lampad. de Republ. Rom. German. p. 3. c. 11. §. 47. vid. Dedekenn. in append. ad loc. de Minister. sect. 2. Von den Thunherrn n. 3. & seqq.*

XXXIV.

Cum itaque sicuti de aliis, ita & de rebus & bonis spiritualibus Ecclesiasticis, tam inter personas Ecclesiasticas, quam inter has & Laicos, vel inter duos Laicos tantum, sæpissime controversiæ oriuntur, videndum quis judicare debeat? & an provocare licitum? prius autem de petitorio, postea de possessorio distinctim agam. In petitorio seu quando quæritur principaliter de jure quod actor præ-tendit, in re spirituali eique annexa, judicem secularem plane judicare non posse, tradunt ipsi Cameralium rerum scriptores Myns. *l. O. 100 Gail. l. O. 38. add. c. pervenit X. de decimis* Si igitur quæstio occurrat de jure v. c. in electionibus, postulationibus, provisionibus, personatibus, officiis dignitatibus, Canonicatibus, præbendis, similibusq; clem. *judex secularis non judicat in petitorio causarum Ecclesiasticarum*

dispen-

Dispendiosam x. de judic. iudex secularis de J. Can. plane incapax est: adeo ut licet reconventionis favor alias maximus sit, nec fori privilegio impediri possit per *l. 14. de sent. & interloc.* Clericus tamen reconveniri non possit nisi actio magis rem quam per sonam afficiat. Sic enim reconveniri potest de bonis propriis & patrimonialibus, licet agat interdicto retinendæ & Laicus proponeret iudicium proprietatis uti tradit Joh. Mar. Novarius *prax. Elect. & Variat. fori sect. 3. q. 48. n. 212.* Si tamen de causa spirituali vel ei annexa reconveniat, declinare forum poterit, quia non potest reconveniri de re vel causa super qua iudex cognoscere non potest. Petr. Franc. de Tondut. *tract. de prevent judicial. p. 2. c. 22.* Et hoc procedit etiam si Laicus Laicum v. c. de jure patronatus convenire velit, quia spirituali annexum sequitur naturam spiritualitatis Gail. *1. O. 28. n. 6.* Hinc in talibus controversiis frustra quæritur an ad Cam. Imp. provocari possit; cum ei tanquam iudicio seculari secundum Canonum statuta obstet notoria incapacitas & incompetencia, unde nec tales appellationes in Cam. unquam recipiuntur. Gail *supr. cit. l.*

XXXV.

In matrimonie ali- bus Ecclesiasticus iudicat, de questione juris. Hinc quoque in causis matrimonialibus quando de jure quæstio est; v. c. an matrimonium hoc vel illud subsistat, vel an dissolvendum iudex secularis nunquam cognoscere poterit, idque sive principaliter quærat de validitate, sive incidenter alia præjudicialis quæstio obveniat ratione substantialiū; sed causa cum omnib9 incidentib9 quæstionib9 per decretum an gehörige Orthe remittitur ad iudicē Ecclesiasticū competentem Roding *Pand. Cam. l. 1. tit. 31. n. 4. §. 5.* Aut: præjud. Cam. *voc. præjudicium Reink. de R. S. & El. 3. class. 1. c. 10. n. 25.* sic anno 1651. d. 28. sept. in ma-

magna causa, incidens punctus legitimitatis ad judicem competentem Ecclesiasticum remissus per sentent. Wollen und mögen vormeldete Kläger an gebührenden Orthen/der von der beklagten Partheyen in Actis angezogenen Exception sich wie recht entschütten. ic. wie dann dieser Punct dahin verwiesen/ und die Hauptsach bis zu Erörterung desselben an diesem Kayserl. Cammer-Gericht eingestelt/ add Reink. cit. l. Unde expresse in Memor. Visit. de anno 1570. statutum Daß Ehe-Sachen und andere ans Cammer-Gericht nicht gehörige/ keines weges sollen angenommen werden; Denais. de Jure Cam. tit. Matrimoniales causa 187. Autor. prejud. Cam. voc. Matrim. Itaque & frustra hisce in causis hodie provocatur ad summa judicia Imperialia.

XXXVI.

Ad quem vero provocabunt Principis Aug. Confess. subditi Catholicæ Religionis addicti in causis matrimonialibus? Ad principem, quippe, cujus potestas quoad subditos Catholicos neutiquam limitata; sed absoluta in omnes in territorio suo viventes, per J. P. art. 5. §. 48. Compositores Pac. Dillingenses. c. 6. q. 45. reddere conati, ex eo quod Pax Religiosa non nisi fidei & Religionis causas complectatur, adeoque in iis, quæ non immediate fidem & Religionem concernunt, Jus integrum mansisse Episcopis in terris Evangelicorum per Pacif. Rel. §. damit auch verb. Aber in andern Sachen und fällen der Augspurgischen Confessions-Verwanten Kirchen-Ordnungen/ Ceremonien ic. nicht anlangend / soll und mag ic. Sed satisfecit his Carpzov. Jurisprud. Consist. l. 1. tit. 1. def. 7. per tot. § l. 2. tit. 1. def. 1. Per Instr. Pac. quoque hoc dubium sublatur; suspensa quippe & translata jurisdictione cum omnibus suis speciebus, matrimoniales causæ tanquam pars quædam primaria Jurisdictionis

F onis



*Turbatis in
cognitione
barum de-
cernuntur
Mandata à
Cam., Imp.*

onis Pontificiæ, procul dubio non poterunt dici exclusæ, maxime cum in d. J. P. Episcopis nullum sit relictum exercitium, nisi ad consequendos redditus, pensiones &c ubi anno 24. in possessione percipiendi vel quasi notorie fuerunt: Quod si igitur contingat statum Aug. Confess. in cognitione causarum matrimonialium ab officiali aliquo Pontificio turbari, Mandata & Processus in Cam. impetrare potest. Prout factum in causa Dortmund contra Officialem zu Cöllen 16. Sept. 1589. Gylm. *sympb. tom. 1. p. 1. tit. 3. add Harprecht. Consil. Tubing. Vol. 1. Cons. 12. n. 100. & seqq. ibique alleg. Textor diss. de jur. Episcopal. in terris stat. protestant. th. 66.* E contra Principes Aug. Conf. contra Canonum jura dispensare monstrat exemplum Gloriosissimi Electoris Brandenburgici Friderici Wilhelmi Magni qui Decano & Clerico Mindenensi Sch. quavis Catholicæ Religioni addicto, concessit uxorem ducere, illumque non obstante contradictione Romanæ Ecclesiæ, in possessione officii & beneficii manutenuit, memorabili exemplo.

XXXVII.

*In possessio-
rio quis ju-
dicare pos-
sit.*

Sed cum de petitorio rerum spiritualium Ecclesiasticarum non adeo gravis controversia sit, nolo ei ulterius immorari; De possessorio autem & quæstionibus facti in causis Ecclesiasticis acriter contenditur, cui judicandi competat potestas; distincte hac in re processurus paucis reperam ea generaliter quæ Canonistæ de possessorio rei spiritualis seu Ecclesiasticæ tradunt; Receptam ab omnibus Legistis & Canonistis sententiam docet Felic. de Oliva *tract. de for. Ecclesiæ p. 1. q. 8. n. 56. & ab eo citat. Judicem secularem non posse cognoscere, nequidem inter Laicos de causa possessoria rei vel juris spiritualis, quoties*

ties mixtam habuerit causam proprietatis, vel de titulo seu jure, spirituali aliquo modo summarie tantum cognoscendum; Unde patet causam possessoria m adipiscendæ v. g. præbendæ, beneficii &c. vel alterius juris spiritualis inter Laicos, etiam coram seculari tractari *non posse* Menoch. *Remed. recup. remed. 15. n. 296.* dicit, neminem de eo dubitare. Cravett. *Cons. 104. n. 17.* In hujusmodi enim judiciis possessoriis ea demum possessio, quæ justa esse docetur, ad victoriam prodest; ne alioquin contra Canones absque institutione possideatur beneficium, & homines inexplorati ad munera Ecclesiastica, cum gravi Ecclesiæ incommodo ac dedecore profiliant *c. 1. de reg. jur. in 6.* Duaren. *de S. Eccles. Minister. l. 7. c. 11.* de quacunque ergo re iudex secularis propter incapacitatem secundum Canonum sancita judicare non potuit in prima instantia, de illa neque poterit judicare in secunda, sicque nec hodie in tali possessorio admitti debet appellatio ad Cam. Imp. tanquam iudicium seculare;

Adipiscenda.

XXXVIII.

In possessorio retinendæ major videtur versari difficultas, coram quo iudice intentari debeat. Et quamvis *C. ubi de possess.* videatur exigere, reum semper conveniendum esse, vel coram Iudice ubi turbatur actor, vel coram illo ubi res sita, itemque *l. fin. C. ubi in rem. act.* sine ulla distinctione actorem forum rei sequi debere jubeat; Hoc tamen in rebus spiritualibus & Ecclesiasticis non ubique procedit.

Retinenda.

XXXIX.

Non autem hic loquimur de casibus istis ubi factum qualificatum, Pac. Relig. & Instrum. Pac. contrarium adest; tum enim quin cæteris paribus ad summa Judicia

Inter duas personas Ecclesiasticas.

dicia causa devolvi possit, non dubitandum. Remoto igitur hoc respectu, si persona Ecclesiastica aliam itidem Ecclesiasticam in possessorio retinendæ conveniat, iudicem secularem plane incompetentem esse, tradunt, Felic. de Oliva *de for. Eccles. p. 1. q. 8. n. 56.* Ludov. Engel. *ad Decretal. l. 2. tit. 2. n. 70.* Certe nihil obstat, quo minus possit Ecclesiasticus esse iudex, tum ob qualitatem personarum, tum ob concurrens delictum & qualitatem ipsius rei; licet enim possessorium videatur quid temporale, vertitur tamen inter tales personas contra, quas alias jurisdictio Iudicis secularis prorogari nequit *c. si diligenti §. fin. x. de iudic.* Et textus expressus in *c. causam 18. x. de Rescript.* quod super possessionibus Ecclesiæ, Ecclesiasticus iudicet, evincit.

XL.

*Inter Laicū
actorem &
Clericum re
um?*

Quod si Clericus s. persona Ecclesiastica vices rei gesserit, eundem regulariter in omni possessorio, coram Ecclesiastico conveniri debere, tradit ipse Gail. *I. O. 38. n. 5.* quam vis si de re Clerici quam propriam & patrimoniam dicit, quæstio sit, coram rei sitæ iudice conveniri posse, expeditum videatur. *per tit. C. supr. cit. ubi de possess. cum etiam in petitorio tali casu ibi forum sortiatur, per l. f. C. ubi in rem act.* In rebus autem Ecclesiasticis alia & diversa est ratio, cum res ipsa in iudicium seculare ob sui naturam deduci nequeat, arg. *c. tua c. pervenit, x. de decim.* Gail. *I. O. 38. n. 1.* nec iudex secularis Clericum bonis ac possessione eorum privare possit. *Posth. decis. Rot. Rom. decis. 196. n. 20.* ibique cit. hinc nec res sita jurisdictionem fundare poterit.

XLI.

Inter Laicū

Sed quid dicendum si inter Ecclesiasticam personam

nam

nam & Laicum controversia occurrat, uter possideat *Reum &*
 jus aliquod, vel rem spiritualem, vel spirituali annexam. *Clericum*
 v. c. beneficium, præbendam, jus patronatus, & Lai- *actorem.*
 cus reus sit? Hoc casu videri potest dicendum, coram
 seculari eum conveniri debere, cum solum videatur
 quæstio esse de facto nudo, uter sc. possideat: Sed & hic
 puto, coram Ecclesiastico Laicum conveniri debere,
 quia hujusmodi possessorium ex necessitate admixtam
 habet causam proprietatis, arg. l. 2. §. quadam. 2. ff. de in-
 terd. & extraord. exet. cum intentetur super his, quæ à
 Laico aut omnino non, aut non nisi ex gratia superioris
 possideri possunt, & sic juris resistentiam & præsumti-
 onem contra se habet. Franc. Nigr. Cyriaci. *Controver.*
Forens. 178. n. 33. neque temporale dici potest, quod maxi-
 mam partem admixtam habet cognitionem juris spiri-
 tualis. *add. c. tuam x. de ord. cogn. c. 2. x. qui filii sint legit.* Imo
 ex *c. si Clericus x. de for. compet.* manifestum est, consuetu-
 dinem obtinuisse quod Clericus non tantum de rebus
 Ecclesiæ, sed & propriis, Laicum ad suum judicem tra-
 here potuerit; Neque hoc novum est, cum ipsi Assesso-
 res Cam. quondam hanc foverint sententiam, Laicum
 ad judicem Ecclesiasticum vocari posse, modo agatur
 occasione rei Ecclesiasticæ, *Autor. præjudic. Cam. sub voc.*
brachium seculare ita differit. *Cum autem causa talis sit ra-*
tione cujus Laicus ad judicem Ecclesiasticum vocari potest, quia
agitur de rebus Ecclesiæ quæ non negantur Ecclesiæ esse, certe Of-
ficialis Reum jure citare potest, per cap. si Clericus Laicum x. de
for. compet, quali tunc agatur de re vel pro re Ecclesiæ vel
ipsius Clerici, & hoc propter qualitatem rei, quia res cujus occa-
sione agitur est Ecclesiastica.

XLII.

*De possesso-
rio retinen-
da in causis
Ecclesiasticis
inter duos
Laicos.*

Idem igitur dicendum si inter duos Laicos con-
troverfia sit in possessorio rei seu juris spiritualis vel ei
annexi, v. c. juris patronatus; cum sancti Patres in Con-
cil. Tridentino, non sufficere existimarint, docere de
quasi possessione juris præsentandi, sed tam in petitorio
quam possessorio probationem tituli exigant, ad effe-
ctum manutentionis, vid. *Posth. tract. de Manutenen d. in
Decis. Rot. decis. 238. n. 21. & seqq. ibique alleg.* neque alius re-
gulariter videtur competens iudex manutentionis,
quam principalis negotii. cit. *Posth. de Manuten. obs. 6. n. 1.*
eo magis cum & ex Jure Civ. manifestum sit, causam
possessionis & proprietatis apud unum eundemque ju-
dicem cognosci debere *l. nulli 10. C. de Judic.* Sane quic-
quid sit, iudicem Ecclesiasticum incompetentem dicere
non possumus. Et si quoque cum Dd. comm. admit-
terem, iudicem secularem hic etiam cognoscere posse,
quod tamen contra Canones foret, sufficit mihi in præ-
sens demonstrare, Pontificem durante ejus Hierarchia
de hac causa tanquam Ecclesiastica cognovisse, de quo
testatur *Posth. d. tract. obs. 6. n. 17. ubi ex Rot. Recent. refert,*
multos quidem Ddres. statuisse, causas possessorias rei
spiritualis vel quasi, per Judices seculares cognosci pos-
se, Romanam tamen Curiam eam sententiam tanquam
periculosam semper respuisse; & contrarium decidisse.
Et hoc quoque inter duos Laicos locum habere tradit.
cit. obs. n. 18. Unde quoad nostrum propositum sequitur, a
Principe Aug. Conf. jure Episcopali in tali causa pro-
nunciante ad Cameram appellari non posse.

*De dominio
utili rei Ec-*

XLIII.

De emphyteusi seu alio dominio utili, rei Ecclesia-
sti-

sticæ inter duos Laicos, controverso in possessorio, quis *clesiasticæ*
 iudex sit dubitatur? Et quamvis multi existiment, per *inter duos*
 hoc quod res Laico in Emphyteusin concessa sit, exuis- *Laicos in*
 se eam, naturam rei Ecclesiasticæ, & in humanum trans- *possessorio.*
 latam esse commercium, à Laico præscribi & possideri,
 non secus ac alias res posse, ideoque iudicem secularem
 cognoscere Christin. *Decis. Belg. vol. 1. Decis. 205* Attamen
 verius videtur secundum hypothesein Juris Canonici,
 Ecclesiasticum cognoscere posse: cum dominium utile
 vere & proprie ejus sit naturæ, ut directum semper se-
 quatur sicuti incrementum alluvionis, & Insulæ; Oldrad.
Conf. 440. n. 7. vers. & ideo recte, et cū subjectum bonorum
 verè & materialiter sit Ecclesiasticum, non potest actu-
 aliter à directo separari, hinc nec indirecte subjici Juris-
 dictioni Laicali *c. quando c. cæterum x. de judic. licet*
 quoque possessio sit mere temporalis & laicalis, tamen
 qualitatem spiritualitatis absorbere qualitatem tempo-
 ralitatis, eamque ad se trahere tradunt *Posth. Decis. Rot.*
Rom. decis. 535. n. 7. ibique cit. Ddres. Cravett. Conf. 158. n. 8.
 ac in possessorio quoque maximum verti præjudicium
 Ecclesiæ, cui expediat magis habere hunc emphyteu-
 tam quam alium, *Posth. supr. cit. l. n. 16.* nullus autem La-
 icus de rebus Ecclesiæ disponere poterit, multo minus
 in præjudicium ejus in talibus aliquid attentare; etiam si
 Imperator esset. *c. si imperator dist. 96.* Emphyteusis au-
 tem, ut & feudum quamvis laicis concessum, inter pos-
 sessiones Ecclesiasticas referri patet ex *c. 12. x. de reb. Ec-*
cles. alien. vel non; Quanquam & hic de facto seu vio-
 lentia commissa secularem cognoscere posse, verum vi-
 deatur.

De possessio-
rio recupe-
randa, inter
Clericum a-
ctorem &
Laicum Re-
um.

Sin vero quaestio sit de possessorio recuperandæ rerum Ecclesiasticarum inter Clericum actorem & Laicum Reum, quis cognoscere debeat? Barbos. *ad. c. 2. x. de privil. seculari* cognoscere posse, dicit; Et sane quin possit de violentia cognoscere, negari nequit; sed cum causa hæc possessoria mixti fori sit, iudex Ecclesiasticus contra Laicum spoliante[m] procedere potest, per text. in *c. cum sit generale x. de for. compet.* spoliator enim vim faciens in rebus Ecclesiasticis & spiritualibus, sacrilegium committit, atque in favorem Ecclesiæ receptum, ut talis pro sacrilego habeatur *c. nulli 3. c. pradia 5. & c. 12. q. 1.* Vis autem personis & rebus Ecclesiasticis illata, mixti fori est, Rol. a Valle *Vol. 2. conf. 24. n. 2.* Brunemann. *ad l. 10. C. de Episc. & Cler. Ludov. Engel. ad Decretal. l. 2. tit. 2. §. 2. n. 70.* Hinc etsi reus neget spolium, causam tamen non esse remittendam ad iudicem secularem, sed Ecclesiasticum cognoscere, an fuerit commissum nec ne, cum ex detentione rei Ecclesiasticæ præsumatur sacrilegium vel quasi, unde agentem, saltem summarie de hac qualitate jurisdictionem tribuente, docere debere tradit Sperell. *Decis. fori Eccles. Decis. 144. n. 25.* Et fori selectionem habere personam Ecclesiasticam pro bonis Ecclesiæ probat Novar. *Prax. Elect. & Variat. fori dec. 17. 18. & 19. ibique cit.* cum igitur cognitionalis jurisdictio Ecclesiastici quoque fundata sit, poterit prævenire secularem; Gollius *diss. de jurisd. prævent. th. 11.* Barbos. *ad. c. 2. x. de priv.* Gonzal. Tellez. *ad c. cum sit generale x. de for. compet.* Oliv. *de foro Eccles. p. 1. q. 8. n. 63.* Quod si autem persona Ecclesiastica una alteram v. c. Canonicus Canonicum sua præbenda spoliaverit, iudex secularis incompetens plane est,

est. Oliv. *supr. cit. l. n. 64.* cum nec personæ nec rei qualitas fundet ejus jurisdictionem.

XLV.

Quid si factum solummodo in controversiam, *de simplicis* niat & nullum præjudicium Ecclesiæ subfit v. c. si dubi- *facti quæsti-* detur inter aliquos utrum actu contractum fuerit ma- *one in causis* trimonium, utrum desponsata nec ne, vel si agatur con- *Ecclesiasti-* tra tertium raptorem, vel detentorem uxoris alienæ, *cis.* quis ibi sit iudex? Nolo quidem nunc simpliciter sequi sententiam, existimantium iudicem secularem in simplicis facti quæstione in matrimonialibus aliisque spiritualibus plane cognoscere non posse, quanquam *c. si iudex Laicus x. de sent. excomm. in 6.* aperte satis pro hac sententia militare videatur. vid. *cit. à Tondut. tract. de Prævent. judic. p. 2. c. 22. n. 10. Posti. decis. Rot. Rom. decis. 535. n. 11.* ibique cit. statuunt, possessorium matrimonii quamvis inter mere Laicos agatur, cum habeat ad mixtam causam & titulum spiritualitatis definiendum esse à iudice Ecclesiastico. Sane ob spiritualitatem concurrentem in hoc negotio, iudex quoque Ecclesiasticus maxime competens erit, cum secularis jurisdictioni & hoc obstet quod decidendo quæstiones, has negative, pronuntiet contra matrimonium, quod ipsi Canones non permittant; igitur ad minimum præventionem in possessorio hoc spirituali cum mixti fori sit, locum habere, docent Covarruv. *de sponsal. p. 2. c. 7. n. 1. Tondut. p. 2. c. 23. n. 13.* præventio enim locum habet tam inter plures Ecclesiasticos inter se, quam inter Ecclesiasticos & seculares in mixti fori iudiciis non quidem in præjudicium fori Ecclesiastici & contra Clericos, sed tantum contra Laicos. Tondut. *cit. tract. p. 1. c. 1. n. 8.* Unde ad excludendam

G

dam



dam provocationem fideles Principis Consilarii recte faciunt si omnes si miles causas prætensi mixti fori ad iudicium Ecclesiasticum remittant, & sic jurisdictionem consistorialem magis ampliare quam restringerentantur.

XLVI.

*Invocatio
brachii se-
cularis in
causis spiri-
tualibus
matrimo-
nialibus &
aliis: an
proprie
fundet ju-
risdictio-
nem?*

Per indirectum aliquando causas matrimoniales aliasque spirituales ad iudicem secularem, & sic quoque ad Cam. Imp. de volvi posse, tradunt communiter, scriptores Juris Cam. Per invocationem sc. brachii secularis, si pars victa contumax, sententiæ Ecclesiastici parere recuset, & ejus censuras flocci pendat vid. Aut. præjud. Cam. voc. matrimonium, it. voc. executoriales. conf. text. in. c. t. do off. jud. ord. tum enim cum in Camera per Mandata executorialia procedatur, propter annexam citationem ad docendum de partitione, admittendas ibidem exceptiones omnes quæ contra invocationem & Mandata, opponi possunt v. c. litis pendentia & nullitatis, ut sic super illis per indirectum cognoscat, cum sententia nulla non mereatur executionem *l. si feriat 6. ff. de feriis. l. 4. §. 6. ff. de re jud.* cum autem de meritis causæ cognoscere nequeat executor, *l. si ut proponis 6. executorem 8. C. de execut. rei jud.* Gail. i. O. 113. n. 8. executio ad jurisdictionem proprie non pertineat, hanc vero nudas executor non habeat, sed una jurisdictio per alteram adjuvanda sit, per requisitionem vero una alteri non subiciatur. (Remediis enim externis destituta Ecclesiastica potestas id facere necessum habuit). Ideo prædicta opinio subsistere non potest, multo minus, illa quæ de implorando alio magistratu allata sunt ad Principes Aug. Conf. applicari possunt cum voluntatis saltem sit re-

requisitio, ipsique potestati seculari instructi, parata habeant remedia, cogendi refractarios, & sententias latis exequendi. Et si casus existeret ubi propter deficientem externam requisitam potestatem, alium secularem seu Cameram invocare necessum haberent, per hoc tamen summæ eorum libertati circa sacra nihil derogaretur, & si iudex executionis de nullitate sententiæ cognosceret, fieret hoc voluntate eorum magis, quam eo ipso impertiri tenentur dum executionem desiderant, quam requisiti iudicis propria jurisdictione.

XLVII.

Quando iudex Ecclesiasticus in causa matrimoniali ad exceptionem incompetentiæ fori se competentem pronuntiat an super hoc puncto cōpetentiæ appellari ad secularem poterit? Aut. *præjud. Cam. sub voc. Matrimonium* adducit præjudicium Processus decretos anno 1592. ubi actrix in causa matrimoniali convenit Reum coram Consistorio Marpurgensi, hic declinavit forum, sed exceptionibus non obstantibus competentem se iudex pronuntiavit; Decisio quæstionis dependere videtur ab illa quæ supra tetigi. Quis cognoscere debeat de dubio jurisdictionis inter Ecclesiasticum & secularem: Unde cum in *c. si iudex Laicus x. de sent. excomm. in 6.* generaliter tradatur, quod Ecclesiasticus iudicare debeat, quoties quæritur an sit res Ecclesiastica, seu in casu cap. an quis sit Clericus, & per consequens an res coram Ecclesiastico iudicio tractanda; quanto magis igitur, si constet causam principalem esse matrimonialem, iudex Ecclesiasticus ejusque superior iudicabunt; cum enim à definitiva causæ matrimonialis ad secularem appellari nequeat, neque ab interlocutoria admittendum erit. *per reg. vulg. Ecclesiasticus*

Quid si Ecclesiasticus se competentem pronuntiet.

cus enim uti superior, & independens *per supr. ded.* in
 principali causa, in dependentibus, connexis, & acces-
 soriis supra se non agnoscit inferiorem & secularem ju-
 dicem.

XLVIII.

*Inter per-
 sonas Ca-
 merales
 Cam. Imp.
 i. c. 10. n. 28. in fin.* Illud vero tratatitium dicunt, Cam. Imp. judi-
 cam esse quando inter personas Camerales controver-
 siae matrimoniales agitantur Reink. *de R. S. & E. l. 3. elass.*
judicat in Et hoc quoad Aug. Confess. addictos
*matrimo-
 nialibus.* procedere quidem posset, cum alium superiorem non
 habeant, in Romano-Catholicorum matrimoniis vero
 Pontifex Rom. tanquam superior judicare eos non per-
 mittet.

XLIX.

*Non valet
 appellatio
 ab Ecclesi-
 astico ad se-
 cularem.* Ex hisce ita praedeductis, fati manifestum est,
 quae sint causae Ecclesiasticae secundum hypothesin. Jur.
 Canon. quaeque usu & consuetudine tanquam Ecclesia-
 sticae ab Episcopis & Pontifice dijudicatae fuerint. Du-
 rante autem Hierarchia hac Papali causae istae Ecclesi-
 asticae qualescunque coram Ecclesiastico iudice ventila-
 tae, neque ad secularem unquam devolvi. *c. 2. x. de judic.*
 neque Imperiali iudicio jura Ecclesiastica dissolvi potu-
 erunt *c. certum c. Imperium dist. 10.* appellatio enim omnis
 interponi debet ad superiorem qui habet gradum cum
 eo a quo appellamus, inter Ecclesiasticum autem & La-
 icum regulariter non sunt gradus; & quisque eorum
 habet separatam & diversam jurisdictionem, neque al-
 ter alterius jurisdictionem perturbare debet *c. 13. x. de ju-
 dic.* & cum secundum Canones jurisdictio Ecclesiastica
 antecellat secularem *c. sollicita 6. x. de Major. & obed.* pro-
 vocatio ab Ecclesiastico ad secularem esset a superiore
 ad

ad inferiorem, & ideo nulla. *Scacc. de appellat. p. 1. q. 8. v. 100.*
 Unde ab Ecclesiastico & Laico simul judicantibus, ap-
 pellari ad Judicem superiorem Ecclesiastici, tradit Bar-
 tol. in l. 1. §. si quis in appellatione. n. 13. ff. de appellat. etiamsi
 Ecclesiasticus sit simplex plebanus & Laicus Comes.
 Conf. Gonzat. Tellez. ad Decretal. tom. 2. p. 816. num. 9.
Scacc. de appellat. cit. l. Ob eandem igitur absolutam &
 supremam potestatem circa sacra à Principum nostro-
 rum in causis Ecclesiasticis latis sententiis non ma-
 gis, quam à summi Pontificis Romani, appellari po-
 terit.

L.

Frustra hinc quoque disputatur an Cam. Imp. vel *Non potest*
 iudicium aulicum promotoriales decernere possit ad- *Imp. Cam.*
 versus Principes nostros in Ecclesiasticis judicantes: *decernere*
 Quamvis enim tralatitium sit, cuilibet Judici injungi *promotori-*
 posse ut justitiam administret, requiritur tamen semper *ales in Ec-*
 ut iudex injungens; remoto eo cui injungitur sit ordina- *clesiasticis.*
 rius, & maxime competens *Gail. I. O. I. n. 6.* hinc ante o-
 mnia fundata debet esse jurisdictio *weilen die promot-*
 riales *dermassen beschaffen daß sie ein Mandat auff dem*
Rücken tragen / Judice enim non parente promotori-
 alibus statim devenitur ad Mandatum aut. *præjud. Cam.*
voc. Jurisdictio Cam.

LI.

Hinc & illud pronò alveo fluit nullitatis insanabilis *Neque nul-*
 querelam principaliter per modum actionis intentatam *litas, ne qui-*
 und wann einer klaget daß wider die natürliche Billigkeit / *dem proces-*
 wider Jhu procediret / gehandelt / und geurtheilet worden. *sus deduci*
 locum habere non posse, cum hæc semper excepto *in Cam. po-*
 casu si coram eodem iudice proponatur institui debeat *test in Eccles*
 coram superiore qui habet omnimodam & non limita- *stasticis.*

G 3

tam

ram jurisdictionem. Vant. *de nullit. rubr. coram quia possit*
n. 20. vers. insuper. Scacc. de Appellat. q. 19. remed. 1. conclus.
6. n. 76. & seqq. Jurisdictio autem secularis ratione rerum
 vel causarum Ecclesiasticarum est negativa & prohibiti-
 va absolute Sperell. *Decis. For. Eccles. decis. 126. n. 37. & 40.*
 & in Ecclesiasticum funditus nulla *c. est sacerdotibus 11. q. 1.*
 Tondut. *de prevent jud. p. 2. c. 22.* Nullitas autem princi-
 paliter intentata totam causam & principale negotium
 ad judicem nullitatis devolvit, ita ut super meritis causæ
 cognoscere & sententiam vel reformare vel confirmare,
 etiam ex nova causa & novis probationibus possit. *Ordin.*
Cam. p. 3. tit. 34. Et quanquam causa principalis plane
 non tangatur sed de nullitate processus quæstio sit, ob de-
 defectum superioris potestatis, & hinc prohibitum recur-
 sum ab Ecclesiastico ad secularem, non coram hoc, sed
 Ecclesiastici superiore, intentanda foret nullitas; Unde
 Camerales ipsimet sponte concedunt, sibi non compe-
 tere potestatem de causa principali ejusque justitia ju-
 dicandi, licet per viam nullitatis ad Cam. deveniatur;
 Ast quam rigide etiam illud observetur videre licet, ex
 Mandato decreto anno. 88. ubi sponsus aliquis Hambur-
 gi convenerat sponsam detrectantem consummare,
 matrimonium, ob causam quod sponsum ante sponsalia
 graviter morbo Gallico laborasse, post sponsalia demum
 edocta fuisset; Hamburgensibus pronuntiantibus non
 obstante exceptione matrimonium consummandum,
 querelam nullitatis in Cam. instituit sponsa, impetra-
 vitque *Mandatum de non adigendo virginem honestam ad de-*
forme & indecens matrimonium, quid autem est, si hoc non
 est de jure pronuntiare? dum sibi vindicant cogniti-
 onem, an hæc causa justa sit in præsentī casu dissolvendi
 spon-

sponsalia contracta, vel non, sed quicquid fiat, neque de jure neque de nullitate Processus, in Ecclesiasticis ulla competit Cam. cognitio. Quod si nullitas incidenter per viam exceptionis opposita, sic cognoscere poterit, uti quilibet alius, etiam incomperens iudex Scacc. *de appell. supr. cit. l.* Num vero prohibita appellatione vi privilegii, querela nullitatis, aliaque remedia extraordinaria institui possint huc non pertinet. vid. diff. spec. Carpzov. *de privileg. de non appell. Sereniss. Duc. Saxon. ibique cit. DDres.*

LII.

Quæstiones & controversiæ quoque de possessorio ejusque temporalitate vel concurrente spiritualitate, & inde resultante facultate certis in casibus præveniendi iudicium Ecclesiasticum; in terris Sereniss. Electoris Brandenburgici, hodie penitus quiescunt, ob generale de non appellando privilegium in quocunque possessorio; In civilibus igitur prohibitum, multo magis in Ecclesiasticis, utpote in quibus absque privilegio illimitatam habet Sereniss. Elector libertatem, prohibitum censebitur. Hinc anno 1694. die 29. Maji publico Edicto omnibus hoc in Ducatu Magdeburgico interdictæ hujus generis appellationes. Demnach Ihro Röm. Kaysersl. Maj. 2c. unsern Gnädigsten Churfürsten und Herrn und dero Churfürstl. Haus dahin begnadiget / daß nicht allein das Privilegium de non appellando in possessorio, welches unlängst dero Clevischen Landen ertheilet worden / auff alle Dero übrige Lande extendiret seyn solle 2c. Als wird solches 2c. und befohlen daß mit denen Appellationen an die Hohe Reichs Judicia gedachter Kaysersl. resolution jedesmahls gemäs verfahren / und selbige in causis cujuscunque possessorii hinführo weiter ganz nicht 2c. zugelassen werden sollen 2c. addita in casum conventionis & violationis privilegii gravi comminatione

*De possessorio contro-
versia in
terris Bran-
denburgicis
quoad pun-
ctum appel-
lat: ad Cam:
quiescunt.*

pæ-



poenæ; Hinc cum actores zu N. à sententia lata in posses-
 sorio à Consistorio Ducatus Magdeb. ad aulicum judiciū
 appellassent, acta ad Facultatem Juridicam Francofurta-
 nam denuo transmissa, quæ pronuntiavit d. 3. Febr. 1696.
 Daß die eingewante Leuterung und in eventum an Ihro
 Röm. Käyserl. Maj. Hochpreisslichen Reichs-Hoff-Rath in-
 terponirte Appellation disfalls nicht statt habe / auch allens-
 falls unerheblich ic. Klägere aber die verwante Kosten zu ers-
 tatten schuldig seyen. Etcum eo non obstante frivolam
 appellationem prosequi tentassent, speciali rescripto de-
 dat. Cölln an der Spree d. 30 Martii Regimini injunctum daß
 sie denen Appellanten den Unfug besagter Appellation vorstel-
 en / und ihnen darbey injungiren sollen / bey Vermeidung einer
 Straffe von 2000. Rthlrr. sich derselben zu begeben mit der
 Verwarnung / daß / wann sie solche appellation im geringsten
 prosequiren wurden / die 2000. Rthlrr. alsofort executive beyge-
 trieben werden sollen. ic.

LIII.

*An princeps
 prohibere
 possit appel-
 lationes ad
 Cam. Imp.*

Num autem Imperii nostri Principibus permis-
 sum subditis prohibere ne ad summa Imp. judicia appel-
 lēt? Est communis omnium fere opinio non valere hanc
 prohibitionem; nec statuto vel consuetudine introduci
 posse, ne liceat appellare, cum defensionem, quæ Juris
 Nat. auferat; hinc Cameram eo non obstante appellati-
 ones recipere, tradit. Gail. l. O. 135. n. 12. ibique cit. fundatum
 quoque assertum hoc in R. J. de anno 1532. §. Nachdem auch
 etliche Stände; & in O. C. de anno 1555. p. 2. tit. 28. §. Und dieweil
 bisshero. ibi: daß hinführo keiner gezwungen werden soll / sich
 des appellirens zu enthalten / oder von gethaner appellation
 abzustehen. & hoc non sine ratione, cum enim Status
 Imp. quicquid edicunt, statuunt, pronunciant, faciant ut
 Duces, Marchiones, Principes, Comites; has dignitates
 autem una cum territorio & territoriali potestate anne-
 xa,



xa, acceperint ut plurimum in feudum, vel alias dependenter tamen, ab Imperatore & Imperio recognoscant hinc & Jus extremæ provocationis ipsis competere nequit; Ast cum in Ecclesiasticis cesset dependentia, *ut i sup.* demonstratum, cessabit provocatio, & locum habebit prohibitio; hinc tam in *R. J. sup. cit.* quam *O. C. cit. loc.* notabilis generali legi additur restrictio; **Es wäre dann Sache daß sich einer vorhin der Appellation begeben / oder aber daß er Vermög rechtmäßigen Privilegien seiner Obrigkeit oder Richters auch sonst von Rechtswegen nicht appelliren könnte oder möchte.** Quod si itaque in casu notoriæ frivola appellationis in civilibus & mere secularibus prohiberi poterit subditus, quanto magis in Ecclesiasticis ubi Princeps non vi privilegii, sed proprio jure jus extremæ provocationis habet; Hinc non dubito, quin locum habere possit pœna *l. 5. C. de jurisdic.* amissio sc. causæ, maxime si admonitus desistere nolit ab interposita appellatione; cum taliter derogetur juribus Principis, trahendo aliquem ad eum Judicem, cujus jurisdictio partium consensu prorogari nequit, add. Franc. Nigri Cyriaci *Controvers. Forens. 552. n. 28.* B. Brunneman. ad. *d. l. 5. C. de Jurisdic.*

LIII.

Et licet contra ea quæ hætenus disputata sunt obmoveri posse videatur: Frustra disputari an appellationes in Ecclesiasticis ad Cam. Imp. locum habeant, cum multis præjudiciis Cameralis Juris scriptores confirmant, recipi tales appellationes, & Processus desuper decerni; consuetudinem autem tribuere jurisdictionem. Gonzalez Tellez *ad Decretal. tom. 1. p. 165. n. 8.* At tamen non quærendum quid fiat, sed quid juris Principi-

*Præjudicia
Cam. in Ec-
clesiasticis
non præju-
dicant.*

H

cipi-



cipibus nostris competat: Non ignotum est Cameram
 sæpius decernere Processus in causis ad illam non per-
 tinentibus, contra hæc attentata autem Principes ut-
 plurimum consuetudinem non parendi allegare so-
 lent; Ac licet quoque unus vel alter Statuum paruerit,
 tales actus tamen quos hic vel iste forsitan contra Jura
 sua admisit sponte, vel alia de causa admittere debuit, a-
 liis præjudicare non poterunt; Et sic essentialia requisita
 præscriptionis contra non recognoscentem superi-
 orem, plane deficere, quis non videt? Et forte aliquot
 annorum per varias contradictiones & protestationes
 interrupta prætensa quasi possessio, jus firmum non tri-
 buet, quin imo posita quæta contra aliquos quasi pos-
 sessione, ad huc dubium remanebit, an, & quatenus ne-
 gligentia Consiliariorum in amittendis juribus summæ
 potestatis Principi præjudicare possit. Quæ cuncta
 singulatim latius deduci possent, nisi temporis angustia
 metas hujus disputationis longius extendere pro-
 hiberet: Interim hæc leviter delibata lu-
 bens B. L. æquo judicio
 submitto.


ERRATA.


P 6. l. penult. leg. fors p. 8. l. 6. l. concord. l. 19. leg. Oecumenici l. 29. l. Monzamb.
 • l. ult. leg. ac ap. p. 9. l. 2. leg. rasi. p. 11. pro P. pon. p. p. 11. post verb. seculi add.
 ajunt p. 14. l. 6. l. Germaniæ l. 5. l. 1553. p. 16. l. 6. l. territoriis p. 17. l. 9. l. iussa. l. 21. l. a-
 misisse p. 19. l. 5. l. hoc. l. 24. del. quod. & l. quod sine. l. 30. l. Deckh. p. 21. l. 4. l. quo. l. 9.
 post & add. ne. p. 20. l. 19. leg. negem. p. 23. l. 8. l. tradit p. 24. l. 16. l. coram. p. 28. l. 23.
 l. interveniente p. 33. l. 1. 10. l. annexis. p. 34. l. 16. l. intuitu. p. 35. l. 22. mentio. p. 40. l. 26.
 l. ratione. p. 41. l. 3. leg. und p. 45. l. 10. l. act.


ULB Halle

3

004 767 101







B.I.G.

Farbkarte #13

JURIDICA INAUGURALIS,
De
TA a PRIN-
PROTESTAN-
VOCATIONE IN CAU-
CCLESIASTICIS.

11
1699 5^b

Quam
MAGNIFICENTISSIMO,
MO PRINCIPE AC DOMINO,
FRIDERICO
WHELMO,
DENBURGICO, ELECTORATVS
REDE, &c. &c. &c.

32.

ORITATE INCLYTÆ FACULT. JURIDICÆ
PRÆSIDE
RICO BODINO,
TENTISS. ELECT. BRANDENB.
IN DUC. MAGDEB. ET PROF. JURIS
MAGNIFICO, ET FACULT. JURID. DECANO.
PROMOTORE SUO. DEVENERANDO.

DO LICENTIA
honores & Privilegia consequendi.
XCIX. horis ante & pomeridianis.
auditorum disquisitioni submittit

JANNES PÜTTER,
ohnio-Westphalus.

Dee

CAE, Literis CHR. HENCKELII, Acad. Typ.